2

D. FRATRIS AEGIDII COLVMNAE ROMANI,

ARCHIEPISCOPI BITVRICENSIS ET AQVITANIAE

Primatis, Ordinis fratrum Eremitarum sancti Auguſtini doctoris clariſſimi,

Expoſitio IN CAP. FIRMITER CREDIMVS,

extra de ſumma Trinitate et fide catholica:

ET IN CAP. CVM MARTHAE,

extra de Celebratione miſſarum, copioſa et dilucida, atque

Nunc primum in lucem edita,

Cum rerum & uerborum in hac expoſitione memorabilium

Indice.

M. FABIANO GENVENSI CORRECTORE.

Summam rerum, quę hoc opere tractantur, verſa docebit pagina.

ROMAE

Per Antonium Bladum Impreſſorem Apoſtolicum, Anno Salutis humanæ M D LIIII.

Pontificatus S. D. N. IVLII III. *Anno* V.

SVMMA CAPITA AB AEGIDIO
his duabus Decretalibus expoſita.

In Cap. Firmiter credimus.

De Deo quoad eius attributa eſſentialia & perſonalia.

De Redemptione humani generis.

De Sacramentis in genere.

De Baptiſmo & Euchariſtia in ſpecie.

In prima parte cap. Cum Marthæ.

Cur in canone Miſſæ additum eſt, Myſterium fidei: cum Euãgeliſtæ referentes formam uerborũ à Chriſto traditam, nullam mẽtionem de Myſterio fidei faciant. Et additum eſt, Eleuatis oculis in cœlum: cum de eleuatione oculorum in euangelio nihil habeatur. Et in conſecratione ſanguinis, cum dicitur, Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, additum eſt, æterni: cum in Euangelio non dicatur noui et æterni, ſed noui teſtamenti tantum. 7.4.d.

Quomodo uera Chriſti caro eſt ſub ſpeciebus hoſtiæ, cum Chriſtus loquens de hoc ſacramento, dicat: Verba, quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt. 10.3.d.

Quomodo Chriſtus incipiat eſſe ſub ſpecie panis. ij.2.c.

Quomodo poſſibile eſt, totum illud corpus, quod in cruce pependit, in tam modica hoſtia cõtineri; cum ſit tantæ magnitudinis, & maius à minori contineri non poſſit. ij.2.d.

Quomodo Chriſtus ſimul eſſe poſſit in cœlo & in pluribus altaribus. ij.4.b.

In ſecunda parte.

Quòd aqua, quæ de Chriſti latere emanauit, fuit uera aqua, non phlegma, ut opinati ſunt nõnulli. 12.4.c.

Quomodo aqua cum uino in ſanguinem conuertatur. 13.2.a.

Quomodo uinum poſt conſecrationem in calicem appoſitum circunfunditur ſanguini, et ſanguinem ipſum non madefacit. 14.2.d.

Quonam pacto uerba conſecrationis exponenda ſint. 16.1.b.

In tertia parte.

Soluitur dubitatio circa Orationem ſecretam B. Leonis, Annue nobis etcæt. cum in antiquis et modernis codicibus immutata uideatur. Et multa dicuntur de interceſſione Sanctorũ, et orationibus pro defunctis.

EX F. AMBROSIO CORANO PRIORE

GENERALI ORDINIS FRATRVM EREMITARVM SANCTI AVGVSTINI,

Librorum Aegidij Romani Series.

Ex uiris doctis & eruditis, poſt unionem, diuum hominem fratrem AEGIDIVM RO*manum de regione Columnæ in primo loco ponimus, quoniam licet multi alij ante ipſum fuerint uiri doctiſſimi, iſte tamen primus fuit, qui doctoratus ſuſceperit inſignia, & ad illuſtrandam humanam atq; diuinam ſapientiam animum appulerit. Scripſit namq; libros & multos & recondita eruditione refertos. ſed ſolum eos dicam, qui ad meam peruenerunt notitiam.*

In Dialecticis.

In Artem ueterem Comment.
In libros Priorum Comment.
In libros Poſteriorum præclariſſimus Comment. cuius gratia Rex Anglorum multa Ordini in tota Anglia loca conſtruxit.
In libros Elenchorum ſophiſticorum Comment.
De Medio demonſtrationis Tractatus.

In Philoſophia.

In libros Phyſicorum Comment.
In libros de Generatione & corrup. Comment.
In libros de Anima Comment.
In Parua naturalia Comment.
In librum de Cauſis Comment.
De Formatione corporis humani lib.
De Regimine Principum egregium uolumen ad Philippũ Pulchrũ chriſtianiſſimũ Regem Francorũ, ubi omnẽ Philoſophiam moralem complexus eſt.
De Gratiarum actione ad Bonifaciũ. viij, Pont. Max.
In libros Rhetoricorum Comment.
In libros Ethicorũ, Politicorũ, Oeconomicorũ Cõmẽt.
De Differentia Ethicorum, Politicorum, & Rhetoricorum Tractatus.
In 12. libros Metaphyſicorum egregia Comment.
In eoſdem libros Quæſtiones diſputabiles.
Theoremata de eſſe & eſſentia.
De erroribus Philoſophorum lib.
De Primo principio, ſeu de eſſe & eſſentia Quæſt.
De Intellectu poſſibili lib.
De Pluralitate formarum lib.
De Materia Cœli lib.

In Theologia.

In Examerон lib. 2.
In totum Canonem Bibliæ, & ſufficientiam librorum, & excellentiam ſacræ ſcripturæ Tract.
In librum Canticorum Comment.
In Epiſtolam ad Romanos Comment.
In Epiſtolas ad Corinthios Comment.
In Epiſtolas canonicas inceptus Comment.
In illud Canonicæ Ioannis: Omne quod eſt in mundo etcæt. interpretatio.
In Pſal. Eructauit cor meum uerbum bonum, de diuina Sapientia tractatus digniſſ.
In Euangelium Ioannis Tractatus. 2.
Sermones ad clerum & ad populum.
In primum Sententiarum uolumen unum.
In ſecundum Sententiarum uolumina. 2.
In Tertium ſententiarum uolumen unum.
De corpore Chriſti Theoremata.
De Charactere tractatus.
De Paradiſo & inferno lib.
De ſubiecto Theologiæ Tractatus.
De Articulis fidei lib.
De peccato originali Tract.
De Prædeſtinatione & præſcientia lib.
De Diuina influentia in Beatos Tract.
De Cognitionibus Angelorum lib.
De Motu Angelorum lib.
De Compoſitione Angelorum lib.
De Menſura Angelorum lib.
De Reſurrectione quæſtiones.
Quodlibeta ſex.
Compendium Theologiæ.
Contra expõnem Petri Ioannis de Narbona ſuper Apocalyp. ex mandato Beatiſſ. Bonifacij. viij
In Ius canonicum de ſumma Trinitate & fide Catholica C. Firmiter, et C. Damnamus: et ſuper decretalẽ cũ Marthæ, de Celeb. miſſarũ expoſitio.
De Renunciatione Papæ Tract.
De Eccleſiaſtica poteſtate lib. 3. in uno uolum.
Contra Exemptos lib.
Contra impugnantes S. Thomam Defenſorium.
Contra hæreticos librum, quem Terrens fulmen appellauit.

EX IOANNE TRITTENHEIMIO ABBATE SPANHEIMENSE.

AEGIDIVS de Roma, Ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini Prior generalis, ac deinde Bituricenſis Archiepiſcopus, beati Thomæ Aquinatis quondam auditor, uir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, uita & conuerſatione deuotus. ſcripſit multa & pene infinita opuſcula, de quibus ad manus noſtras pauca peruenerunt.

In officium Miſſæ lib. 1.

Epiſtolæ notabiles.

Claruit ſub Rodulpho Imperatore, Anno Domini M. C C L X X X. Hæc præfatus Abbas.

Alia quoq; multa edidit, quæ ad nos ciſapenninos non uenerunt: nam & ſtudium & tempus ſuum ferè totum Lutetiæ Pariſiorum, & in alijs Galliæ partibus, cum Chriſtianiſſimo Rege Francorum, & in celeberrimis Pariſiorum Gymnaſijs conſumpſit. De quo profectò non tantùm librorum admiranda eſt multitudo, quantum ſui acumen ingenij, & tenaciſſimæ memoriæ donum ſtupendum, quòd in tot tantiſq; eius dictis in nullo unquã ſibi ipſi eſt aduerſatus, nihilq; reprehenſione aut retractatione dignum pronunciauit: nõ enim tum hoc, tum illud, ut pleriq; faciunt, ſed ſemper idem aſſeuerauit. Pectus in ſoluendis Quæſtionibus habuit ampliſſimum, fundamenta irrefragabilia, rerum exquiſitor diligentiſſimus, in dicendo ſingularis: et quidem ita clarus, ut hic omnis humanæ & diuinæ ſapientiæ ex omnibus doctoribus ſcholaſticis ſolus arcana dilucidaſſe uideatur. Qui ob eius ſingularem ſanctimoniam & doctrinam, Francorũ Regi cariſſimus ſemper fuit: tandemq; per Bonifacium. VIII. Pont. Max. in Archiepiſcopum Bituricenſis eccleſiæ, et Primatem Aquitaniæ ſolenniter conſecratus eſt: Cardinalium quoq; Sanctæ Romanæ Eccleſiæ coctui fuit adſcriptus, ſed matura morte minimè diuulgatus.

RERVM ET VERBORVM IN HAC EXPOSITIONE MEMORABILIVM

INDEX.

Primus numerus paginam : ſecundus columnam indicat.

A

ABbas Ioachim contra Petrum Lombardum de unitate Trinitatis.4.4.a.

Abbas Ioachim Florentini monaſterij extitit inſtitutor.7.1.b.

Accidentium naturaliter non eſt mixtio,licet in ſacramento altaris miraculosè fieri poſſit.14.1.a.

Accidentia in reſolutione remouētur primo ab ipſa re.14.3.a.

Accidentia in conſecratione duobus modis ſubiectū mutare dicuntur.14.4.c.

Accidentia de ſubiecto in ſubiectū naturaliter tranſmigrare non poſſunt.15.1.d.

Aegidius requiſitus a Dominis & amicis expoſuit decretalem de canone Miſſæ.7.3.a.

Aegidius compoſuit Theoremata de corpore Chriſti ante expoſitionem Decret. de Summa Trinitate & de canone Miſſæ.13.4.c.

Aeg.compoſuit Quodl.1.et.2.ante expōnem Decret. de celeb.Miſſæ.ij.4.b.

Affirmationes de Deo ſunt incompactæ, negationes ueræ,1.3.a.

Agens diuinum et naturale q̄uo differunt.ij.1.c.

Almaricij dogma condemnatur.7.2.b.

Anima et caro conſtituunt unā naturā tertiā.3.2.a.

Animæ decedentes ſunt in triplici differētia.17.1.b.

Animæ in purgatorio nō decedūt cum aliqua culpa mortali,ſed ueniali et obligatione ad pœnā.17.3.a.

Aqua uera exiuit de latere chriſti,nō phlegma.12.4.d.et.15.2.b.

Aquæ in ſcripturis ſāctis populū repræsētant.15.3.c

Aqua in ſacramento altaris commiſcetur uino, & cur.15.4.a.et 16.2.a.

Aquæ cum uino in calice mixtio poteſt eſſe ueritas & figura,& quomodo.13.1.b.

Aqua ſi non apponeretur uino, in ſolo uino poſſet fieri ſacramentum.15.4.b.

Aqua ſub forma propria non eſt de ueritate humanæ naturæ.15.3 a.

Argumentū à ſimili uiliſſimū eſt, & cur.6.4.d.

Ariſtotelis error.2.2.c.

Auguſtinus uidetur uelle, ꝙ memoria,intelligētia,et uoluntas ſint idem quod eſſentia animæ.6.2.c.

B

BAptiſmus à quocūq; (etiam hæretico) in caſu neceſſitatis poteſt dari.4.2.b.

Baptiſmus Apoſtolorum tempore conferebatur in inuocatiane Chriſti,& cur.4.2.d.

Baptiſmi materia eſt aqua,& cur.4.2.d.

Baptiſmus directè & principaliter contra originale peccatum.4.3.a.

Baptiſmo rite collato omnia peccata quoad calpā et pœnam dimittuntur.4.3.a.

Beatorum orationibus indigemus,et cur.16.3.d.

Beatorum præmium duplex,eſſentiale & accidentale.16.4.b.

C

CAro Chriſti,quæ in altari ſumitur,eſt ſpiritus et uita,& quomodo.ij.2.a

Catholica aſſertio de identitate diuinæ eſſentiæ cum perſonis.5.3.d.et 6. uſq; ad finē.2. par.

Chriſti unio in natura quomodo ſit facta.3.2.a.

Chriſtus deſcendit ad inferos in Anima, & reſurrexit in carne.3.3.d.

Chriſtus in eccleſia eſt ſacerdos et ſacrificiū. 3.4.b

Chriſtus multa dixit,quæ in nullo Euāgeliorum cōmemorantur.8.4.a.

Chriſtus in ſacramento totus eſt ſub utraq; ſpecie, ſed non eodem modo.4.1.b.et 14.1.c.

Chriſtus ſub ſpecie panis & uini ſignificat corpus Chriſti myſticum.4.2.a.

Chriſtus quomodo incipit eſſe ſub ſpeciebus hoſtiæ.ij.2.c.et col.3.d.

Chriſtus modo oppoſito eſt in cœlo & in hoſtia, et quomodo.ij.2.b.c.

Chriſti corporis cibus q̄uo differt à cibis corporalibus.4.2.a.

Chriſtiani et fideles ut uniūtur per fidē ſunt una eccleſia catholica, per charitatem uerò ſunt unum regnum.5.2.c.

Chriſtiani perfectio eſt renunciare propria.9.1.b.

Cōmunia aliqua toti Trinitati poſſunt ſpeciali cauſa uni perſonæ appropriari.3 1.b.

Conuerſio in ſacramento altaris eſt oppoſita conuerſioni naturali,& quomodo.13.4.d.

Conuerſio panis in uerum chriſti corpus: et uini in uerum ſanguinē, ſpeciali modo appellatur Tranſubſtantiatio,& cur.9.3.d.et ij.1.d.

Corpus Chriſti quomodo incipiat eſſe ſub ſpeciebus panis.ij.2.c.
Corpus Chriſti ex ui ſacramenti eſt ſolum ſub ſpeciebus panis, & ſanguis ſub ſpeciebus uini: ex concomitantia uerò naturali ſub ſpeciebus panis eſt ſanguis, & ſub ſpeciebus uini eſt corpus. 4.1.c.et 14.1.c
Corpus Chriſti uerum eſt in cœlo localiter, et in pluribus hoſtijs idem ſimul ſacramentaliter, et quo modo.ij.4.a.d.
Corpus Chriſti in hoſtia ſignificat corpus Chriſti myſticum.4.2.a.
Creatura omnis compoſita.1.3.d.
Creaturæ eſſe differt ab eſſentia, & uirtus à ſubſtantia.1.3.d.
Creaturæ ſi eſſent ab eſſentia diuina ſeparatæ ad nihilum tenderent.6.2.a.
Crux Chriſti ſe habuit ut altare ipſi Chriſto.3.4.c.

D

Deus, ſecundum B. Anſelmum, eſt quicquid melius eſt eſſe quàm non eſſe.1.2.d.
Deus eſt infinitorum nominum, & cur.1.2.d.
Deus eſt ſuum eſſe & ſua uirtus.1.4.a.
Deum eſſe ſubſtantiam, impropriè dicitur.1.3.c.
Deus ſolus uere eſt.1.3.c.
Deus ſimpliciter et omnino ſimplex eſt; creatura omnis compoſita.1.3.d.
Dei eſſentia in quatuor differt ab eſſentia noſtra. 2.1.a.
Deus quatuor ab initio temporis creauit, tempus, cœlum empyrium, Angelum, et materiam.2.2.d.
Deus prout tempora requirebant humano generi tribuit ſalutaria.2.4.c.d.
Deus trinus & unus ab anima noſtra repræſentatur, & quomodo.6.2.b.
Deus prædicatur de homine, & quomodo.3.2.d.
Diabolus creatus fuit bonus.2.3.b.
Diaboli lapſus cur irreparabilis fuit.2.3.d.
Diſtinctio in diuinis non eſt per abſoluta, ſed per relata.6.1.a.

E

Eccleſia eſt uniuerſalis, non Synagoga, & cur. 3.4.b
Eccleſiæ catholicæ ordinatio.3.3.d.
Eccleſia Romana eſt cunctorum fidelium mater et magiſtra.7.2.a.et col.3.d.
Eccleſiæ catholicæ decreta prætermittentes, grauiter peccant.8.1.a.
Eccleſia quoad formam uerborum cõſecrationis per ipſos apoſtolos fuit edocta.9.2.b.
Eccleſia, cum dicit, ſub accidentibus uini latere corpus, accipit corpus, ut ſanguis quoddam corpus dici poteſt.14.2.b.
Effectus incarnationis Ieſu Chriſti.3.3.b.
Error Ariſt. de mundi principio.2.2.c.
Error Manichæorũ de rerũ pricipio.2.2.b.et.10.2.b
Error quorundam de Diaboli malitia.2.3.b.
Error quorũdã hæreticorũ de Chriſti anima.3.1.d.
Error Tatiani, & Encratitarum circa matrimonium.4.3.c.
Error hæreticorum dicentium in ſacramento altaris non eſſe uerã carnẽ, ſed myſticè.10.3.d. Io. Oecolamp. noſtro tẽpore.
Error Armeniorum quorundam de aqua illa, quæ de Chriſti latere emanauit.12.4.d.
Error medicorum de aqua cũ miſcetur uino.13.1.d.
Erroris Ioachimi de unitate eſſentiæ confutatio.5.3. uſq; ad finem.2.par.
Eſſe differt ab eſſentia in creaturis.1.3.d.
Eſſentia diuina ut eſſentia nõ generat, neq; generatur: non ſpirat, neq; ſpiratur, & cur.4.4.c.
Eſſentialia dicuntur de qualibet perſona diuina ſingulariter, & de omnibus non pluraliter.5.3.d.
Euangeliſtæ ſecundũ ſimplicem ueritatẽ ſcripſerunt de Chriſto.9.2.c.
Euangelium fuit datum omni genti.3.4.a.
Euchariſtia.3.4.d.
Euchariſtiæ ſacramentum perficit unitatis myſterium.4.1.a.
Euchariſtia cur uobis proponitur ſub ſpeciebus panis & uini.4.1.b.
Euchariſtiæ in ſacramento quid eſt ſignum tantum, res tantum, res & ſignum.4.1.d.et 12.3.c.
Euchariſtia animam Deo coniungit, noſq; ſpiritualiter reficit.9.4.a.
Euchariſtia eſt ſignum maximæ dilectionis Dei erga nos.15.3.d.
Euchariſtiæ in ſacramento aqua miſcetur uino, & cur.15.4.a.

F

Fides catholica eſt ratio, ꝗ aliæ ſcientiæ innituntur lumini humano.1.2.a.
Fideles ut uniuntur per fidem ſunt una eccleſia catholica, ut uerò uniuntur per charitatem ſunt unum regnum.5.2.c.
Filius eſt uerbum Patris.1.4.c.
Filius in diuinis generatur per intellectum.1.4.a.
Filius ſemper abſq; initio & fine eſt ex patre naſcens.2.1.a.

Forma

Forma uerborum in canone Miſſæ tradita in tribus differt à forma uerborũ tradita in euang.8.3.a.
Forma uerborum conſecrationis ab apoſtolis tradita.9.2.b.
Fructus et utilitas ex euchariſtia dignè ſũpta.9.4.a

G

GEneratio,quam filius accepit à patre, eſt intellectualis,non materialis.1.4.a
Generatio cauſatur à tempore per accidens. 9. 4.d.

H

HAereticus propriè eſt ille, in cuius intellectu eſt error, & in uoluntate pertinacia circa ea quæ ſunt fidei.7.2.
Homo congruè reſtauratus,et cur.2.3.d
Homo eſt Deus,uera eſt propoſitio, & quõ.3.2.d.
Hominis ad redemptionem quatuor concurrunt, & quæ.2.3.d.
Hoſtiæ fractione non frangitur corpus Chriſti,ſicut ſpeciei uini ſumptione non diuiditur Chriſti ſanguis.13.4.b.
Humores quatuor in humano corpore.15.2.c.

I

IDiomatum communicatio quare,& quomodo fuit in Chriſto.3.2.c.
Incarnationis Ieſu Chriſti modus.3.1.c.d.
Incarnationis Ieſu Chriſti effectus.3.3.b.
Iudaico populo ſolum,non omni genti,fuit data lex Moiſis.3.4.a.
Ioachimi abbatis error de eſſentia Trinitatis. 4.4. a.et 5 col 1.2.3.

L

LEx Moiſis Iudæis ſolum tradita, Euangelium omni creaturæ.3.4.a.
Lex ducit nos ad Chriſtum.2.3.d.
Lex euãgelica in quot differat à lege Moſaica.3.4.a

M

MAnichæi dicebant nouum teſtamentum debere aliquando ceſſare.10.2.b.
Manichæi errauerunt circa opus creationis. 2.2.c.
Maiores cauſæ à ſede Petri ſunt decidendæ. 7.3.d.
Modus incarnationis Ieſu Chriſti.3.1.c.d.

N

NEgationes in diuinis ſunt ueræ, affirmationes autem incompactæ.1.3.a.
Natura una tertia cõflatur ex anima et carne.3.2.a

O

OMnia indigent Deo actore et conſeruatore. 6.2.a.
Opera trinitatis indiuiſa, & cur.2.4.d.
Opiniones de forma uerborum euchariſtiæ ſacramentum conficientium.8.2.d. (13.2.a
Opiniones de aqua appoſita uino in calice.12.4.d.et
Opus ſapientis duplex,determinare ueritatem, & explodere falſitatem.1.1.a.
Orationes pro iis,qui ſunt in Inferno, ſunt uiuorum conſolationes.17.1.d.
Orationes, quæ ſiunt pro Sanctis, ſunt gratiarum actiones, ut ſupra.
Ordo ſeruandus in narrando alicuius ſententiam et poſitionem.4.3.d.
Origo perſonarum diuinarum cauſa eſt earundem diſtinctionis.1.1.b.

P

PAter ſicut intelligendo ſe generat filium,ſic pater & filius diligendo ſe producunt ſpiritumſanctum.1.4.c.
Pater & filius ſpirant ſpiritumſanctum in eo ꝙ unum principium eius.1.4.d.
Pater, & filius,& ſpirituſſanctus coæquales, omnipotetes,& coæterni.2.1.et 2.
Pater filius,& ſpiritus ſunt una res omnino.6.3.d.
Paupertas facit ad uitæ perfectionem, et quõ.9.1.a.
Peccat grauiter qui decreta eccleſiæ catholicæ prætermittunt.8.1.a
Perfectio in creatura attribuitur Deo per poſitionem,imperfectio per remotionem.1.2.c
Perſonarum diuinarum originem ſequitur earundem diſtinctio.1.1.b
Petri ſedes eſt in toto terrarum orbe omnium aliarũ ſedium prima,& iudex.7.2.b.et col.3.d
Petrus apoſtolorum princeps addidit, enim, uerbis conſecrationis panis.8.1.b
Pœnitentiam D.Hieronymus appellat ſecundam tabulam,& cur.4.3.a
Pœnitentia ordinatur directè cõtra peccatum actuale.4.3.a
Priora in compoſitione ſunt poſteriora in reſolutione.14.2.d
Propoſitio hæc,Homo eſt Deus, uera eſt, & quomodo.3.2.d

Q

QVantitas ſola de ſe eſt extenſa & occupat locum,cætera per quantitatem.ij.3.a
Quantitas corporis Chriſti in hoſtia eſt modo indiuiſibili.ij.3.c

R

RAtio, ꝙ pater & filius et ſpiritus ſunt una res omnino.6.3.d

Ratio erronea fallit aut quia aſſumit falſa, aut multiplicia.10.4.c

Redemptio hominis facta fuit legiſdatione, chriſti incarnatione, eccleſiæ catholicæ ordinatione, & ſacramentorum inſtitutione.2.3.d.

Res relatæ in diuinis ſunt tres, res abſoluta una, quæ non ponit in numerum cum eis.5.4.d

Res cum corrumpitur perdit primo accidentia propria, deinde ſubſtantiam; cum generatur, econtra.14.3.a

Romana eccleſia eſt cunctorum fidelium mater & magiſtra.7.2.a.

S

Sacerdos ſolum poteſt euchariſtiæ ſacramentum conficere.4.1.b.et 8.1.c

Sacerdos in perſona Chriſti profert uerba conſecrationis.8.1.c.d

Sacerdotis intentio ad conſecrationem requiritur.15.3.a.

Sacerdos quid confeciſſet ſi in triduo mortis Chriſti confeciſſet.4.1.c.et 14.1.d

Sacerdos intendẽs celebrare ſecundam miſſam, poſt ſumptionem ſanguinis non debet digitorum lotionem ſumere.13.3.c

Sacerdos debet apponere modicum de aqua in calice, ſufficiunt tres ſtillæ, & cur.15.4.c

Sacerdos conficeret, peccaret tamen, ſi aquam uino nan apponeret.15.4.b

Sacramenta ſunt animæ medicamina.2.4.a

Sacramenta eccleſiæ ſunt ſeptem.3.4.d

in Sacramentis eſt aliquid aſſignare quod eſt ſignũ tantum, quod eſt res tantum, quod eſt ſignum et res.4.1.d

Sanguis Chriſti communi uocabulo poteſt appellari corpus.14.2.a

Sanctorum orationibus indigemus, et cur.16.3.d.

Sanctorum præmium duplex, eſſentiale & accidentale.16.4.b

Sapientis munus.1.1.a

Scientia theologica in duobus excedit alias ſcientias.1.1.d.et col.2.a

Scripturæ ſacræ aliquid poteſt addere, & quomodo.7.4.b

Spirituſſanctus eſt amor patris et filij.1.4.c

Spirituſſanctus a patre & filio æqualiter procedit, & quomodo.1.4.d

Spirituſſanctus ſemper abſq; initio & fine eſt pariter à patre & filio procedens.2.1.a

Subſtantia non ita propriè ſicut eſſentia dicitur de Deo, & cur.1.3.c

Subſtantia rei tota uirtute diuina poteſt in totam conuerti alterius rei ſubſtantiam.ij.1.d

Subſtantia corporalis, quæ de ſe eſt indiuiſibilis, ut comparatur ad locum mediante quantitate, eſt ibi modo diuiſibili.ij.2.a

T

Tempus per ſe corrumpit, ſi autem generat, per accidens eſt.9.4.d

Teſtamentum uetus ut figura, nouum ut ueritas.10.1.d

Teſtamentum uetus tranſitorium quoad cæremonialia & figuram, non quoad moralia & ueritatem.10.2.c

Teſtamentum uetus promittebat temporalia, nouum æterna.9.4.d

Teſtamentum nouum dicitur æternum, et cur.9.4.c.et 10.col.1.et 2.

Teſtamenti uerbum in ſcripturis ſanctis interdum pro promiſſione accipitur.10.2.d

Teſtamentum ultimum, ſicut & prima donatio tantum tenet, & cur.10.1.b.c

Theologia excedit alias ſcientias, quantum ad firmitatem adhæſionis, & quantum ad excluſionem erroris.1.1.d.et col.2.a

Trinitatis opera indiuiſa, & cur.2.4.d

Trinitas quoad eſſentiam indiuiſa, quoad perſonales proprietates diſcreta.2.4.b

Trinitas tota quomodo operata eſt filij incarnationem.3.1.a

V

Verbum diuinum in quot differt à uerbo noſtro.1.4.b

Verbum diuinũ non fuit unitũ humanitati chriſti in unitate naturæ, ſed in unitate perſonæ.3.2.a.

Verba conſecrationis quædam ſunt de congruitate, quædam de neceſſitate.7.4.d.et 8.2.d

Verba de forma ſacramenti euchar. ſunt ſignificatiua & effectiua.8.1.b.et 16.1.c

Verba conſecrationis exponuntur.16.1.b

Vinum poſt conſecrationem appoſitum in calice, nec in ſanguinẽ trãſit, nec miſcetur ſanguini.13.4.c

Virginitas melior eſt quàm matrimoninm.4.3.c

Vnio chriſti in natura humana quõ facta ſit.3.2.a

Vnum & idem poteſt eſſe ueritas & figura.10.4.d.et 12.1.d.et col.2.per totum.

Vtilitas ſacramenti euchariſtiæ.9.4.a.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE AB *Aegidio paſſim his duabus decretalibus expoſitorum.*

Gen.1.a	In principio Deus creauit cœlum & terram.2.2.d
Gen.1.d	Vidit Deus cuncta, quæ fecerat. & erant ualde bona.2.3.b
3.Reg.22.a	Populus meus, & populus tuus unum ſunt.5.1.d
Pſal.148.	Dixit, & facta ſunt.8.1.c
Eccleſ.24.c	Qui elucidant me, uitam æternam habebunt.7.4.c
Iſa.32.d	Beati qui ſeminant ſuper aquas.15.3.c
Ezech.10.c.	Quaſi ſit rota in medio rotæ.10.1.d
Matth.5.g	Eſtote perfecti, ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt.6.4.b
Matth.19.c	Si uis perfectus eſſe, uade & uende etcæ.9.1.a
Matth.26.d	Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem.3.1.d
Matth.28.d	Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes etcæt.3.4.a
Mar.15.d	Videns autem Centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait: Verè hic homo filius Dei erat.5.3.a
Ioan.6.g	Verba, quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt.10.3.d
Ioan.8.f	Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit.2.3.c
Ioan.10.f	Pater quod dedit mihi maius eſt omnibus.6.3.b
Ioan.16.b	Multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.2.4.d
Ioan.17.b.c	Vt ſint unum, ſicut & nos unum ſumus.5.1.d
Ioan.21.d	Sunt autem & alia multa, quæ fecit Ieſus, quæ etcæ.8.4.a
Act.2.f.et 10.g	Baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti.4.2.d
Act.4.f	Multitudinis credentium erat cor unum, & anima mea.5.1.c
Rom.1.a	Segregatus in euangelium Dei.9.1.a
Rom.12.a	Omnes unum corpus ſumus in Chriſto.5.1.c.et ij.3.b
1.Cor.3.b	Qui plantat & qui rigat unum ſunt.5.1.c
1.Cor.6.d	Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum illo.5.1.c
1.Cor.7.g	Qui matrimonio iungit uirginem ſuam, benefacit: & qui non iungit, melius facit.4.3.c
1.Cor.10.a	Petra autem erat chriſtus.10.3.d.
1.Cor.ij.c	Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi etcæ.4.2.c
1.Cor.ij.f	Quotienſcunq; mãducabitis panẽ hũc et calicẽ bibetis, mortẽ domini annũciabitis.15.3.d.
1.Cor.13.b	Charitas non quærit quæ ſua ſunt.9.1.b
Gal.1.c	Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ex utero matris meæ.9.1.d
Heb.9.c	Semetipſum obtulit immaculatum Deo uiuenti.3.4.c
Iac.1.a	Apud quem non eſt tranſmutatio nec uiciſſitudinis obumbratio.1.4.d
1.Ioan.5.b	Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo: pater etcæt.5.2.a
Apoc.22.d	Si quis appoſuerit adhæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto.7.4.b.

ERRATA, QVAE COLLIGENDO INDICE
deprehendimus, ſic reſtituenda.

ERR. pag.	col.	lin.		REST.
1.	2.	20.	*diſtinctionem, perſonarum*	*diſtinctionem perſonarum*
1.	3.	22.	*ſic, eſt*	*ſic eſt*
2.	2.	23.	*Manichei*	*Manichæi*
2.	3.	34.	*ueritate, non*	*veritate non*
2.	2.	48.	*empireum*	*empyrium*
2.	4.	35.	*protho*	*proto*
4.	1.	34.	*motuus*	*mortuus*
2.	3.	58.	*pedagogus*	*pædagogus*
4.	2.	4.	*miſticum*	*myſticum*
5.	3.	8.	*exiſiens*	*exiſtens*
8.	1.	11.	*dicere. Ly enim*	*dicere ly enim*
8.	4.	gloſ.	*Phiſica*	*Philoſophica*
8.	4.	20.	*liberos*	*libros*
9.	2.	4.	*fuit, ab*	*fuit ab*
9.	3.	13.	*in eſſe*	*ineſſe*
9.	4.	11.	*hmõi, ſacramento*	*hmõi ſacramẽto*
10.	1.	57.	*uerus*	*uetus*
10.	2.	44.	*contibat*	*continebat*
10.	2.	46.	*cerimonialia*	*cæremonialia*
10.	3.	20.	*imma, ceſcibilem*	*immarceſcibilem*
Numer.			*ſequentis pag.*	*ij.*
11.	2.	9.	*fantaſticam*	*phantaſticam*
12.	1.	46.	*tam*	*cum*
12.	4.	30.	*ſcolaſticos*	*ſcholaſticos*
12.	4.	48.	*flegma*	*phlegma*
13.	1.	18.	*lo quebatur*	*loquebatur*
13.	3.	29.	*manere*	*maneret*
14.	1.	6.	*ampuloſa*	*ampulloſa*

EXPOSITIO. D. AEGIDII *Romani, Archiepiſcopi Bituricenſis, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſt. ſuper cap. firmiter de ſum. Trinit. et fid. catho. accuratiſſime caſtigata, et in lucem primo edita,*

Magiſtro Fabiano de Genua correctore.

FIRMITER Credimus, &c.
Hæc Decretalis intitulatur de
ſumma Trinitate & fide catho.
& dicitur fuiſſe edita a Domino
Innocentio Papa Tertio in ge=
nerali Concilio. Innocentius ergo tertius in
hac decretali duo facit, quia primo determinat
veritatē. Secundo remouet errores. Eſt. n. du=
plex opus ſapientis, videlicet non mētiri de qui= *Opus ſapientis duplex.*
bus nouit in determinando veritatem, & mani=
feſtare mentientē, in deſtruendo errores. Secū
da pars īcipit ibi. (Damnamus. ergo & reproba
mus.) Circa primū tria facit, ſecundū ꝙ tria ſunt
determinanda circa ſummam trinitatē & fidem
catholicā. Nā quicquid eſt determinandum de
ſumma trinitate & fide catholica, vel pertinet
ad ipſam trinitatem in ſe, vel pertinet ad opus
creationis, vel ad opus recreatiōis. Primo ergo
determinat de ſūma trinitate in ſe. Secundo de=
terminat, de opere creationis. Tertio de ope re
creationis. Secūda ibi. (Vnū vniuerſorū princi
pium.) Tertia ibi. (Diabolus enim et alii demo *A borigine perſonarum ſequitur earū diſtinctio.*
nes.) Ad euidētiam autē primæ partis, ſciendū
ꝙ in diuinis nō poſſet eſſe vnitas eſſentiæ, & tri
nitas perſonarū, niſi eſſet origo perſonarum.
Nam niſi vna perſona oriretur ab altera, non *Damaſcenus lib. 1. cap. 2.*
eſſet diſtinctio perſonarum: ait enim Damaſce=
nus: lib. 1. de Orthodoxa fide cap. 2. Patrem &
Filium & Spiritum ſanctum vnum idemq́ eſſe,
præter innaſcentiam, naſcētiam, atq́ proceſſio
nem. Duo ergo facit, quia primo determinat de
ipſa veritate, & vnitate diuinę eſſentię. Secundo
de ipſa perſonarum origine. ibi (pater a nullo)
Dicit ergo ꝙ firmiter credimus & ſimpliciter cō
fitemur, ꝙ vnus ſolus eſt verus deus, eternus, im
menſus, incommutabilis, incomprehenſibilis,
omnipotens, et ineffabilis. Pater, et filius, & Spi=
ritus ſanctus, tres quidem perſonę, ſed vna eſſen
tia, ſubſtantia, ſeu natura, ſimplex omnino. No
tandum ꝙ ea quę traduntur in fide catholica
(quantū ad pręſens ſpectat) in duobus excedūt
ea quæ traduntur in aliis ſcientiis, videlicet in fir
mitate adhæſionis, & in excluſione erroris. Nā
licet tradita in aliis ſcientiis videantur conſenta=
nea his, quæ ex ſenſibus oriuntur, firmius tamē
adhæremus fidei catholicæ, q̄ adhæreamus qui
buſcūq́ traditis in aliis ſciētiis. Nō enim vnus fi=
delis ꝑmitteret ſibi amputari caput, pro aliquo
dicto in aliis ſcientiis, ſicut ꝑmitteret pro aliquo
articulo fidei catholicæ. Secūdo fides catholica
excedit alias ſcientias in excluſione erroris: quia
(vt plurimū) in ſciētiis humanitus traditis, ſimul
cum veritate admiſcentur falſitates & errores:
ſed a fide catholica excluditur omnis error, &
eſt ratio, quia aliæ ſciētiæ innituntur lumini hu
mano, ſed hæc ſcientia eſt diuinitus inſpirata &
innititur lumini diuino, quod falli non poteſt.
Ideo ait: Firmiter credimus, quia fidei catholicæ *Qua de cauſa bis quæ ſunt fidei, firmiter adherendū ſit, & nō traditis alijs ſcientijs.*
debemus firmiter adhęrere, & ſimpliciter, ideſt
ſine plica erroris confiteri: quia (vt tactum eſt)
fides catholica excedit alias ſcientias non ſolum
quantū ad firmitatē adhæſionis, ſed etiā quan=
tum ad excluſionem erroris. Notandum etiam
ꝙ illa quæ ſunt in illa ſumma trinitate, quaſi ad
tria reducūtur quia vel pertinēt ad eſſentiæ vni
tatē, vel ad perſonarum diſtinctionē, vel ad plu
ralitatē attributorum. In litera ergo primo tan
gunt ea quæ pertinent ad pluralitatem attribu=
torum, cū dicitur, ꝙ eſt vnus ſolus Deus, æter=
nus, immenſus, etc. Secundo tangunt ea quæ
pertinēt ad diſtinctionē, perſonarū, cum ſub=
iungitur ꝙ ille verus Deus eſt Pater, Filius, &
Spiritus ſanctus. Tertio tangūtur ea quæ per=
tinent ad vnitatem eſſentiæ, cum ſubinfertur,
ꝙ eſt ibi vna eſſentia, vna ſubſtātia, vna natura,
ſimplex omnino. Notandū etiam, ꝙ quicquid
perfectionis eſt in creatura, totum attribuimus
deo per poſitionē, vt ſi perfectionis eſt in crea=
tura ꝙ ſit bona, iuſta, ſapiens, dicimus Deū eſſe
bonum, iuſtū ſapiētem. Quæ verò ſunt in crea
turis, & denotant imperfectionem, illa deo attri
buimus, nō per poſitionē, ſed per remotionē:
vt ſi imperfectionis eſt, ꝙ creatura ſit tēporalis,
ſit cōmenſurabilis & comprehenſibilis, iſta deo
attribuimus per remotionem, & dicimus, Deus
non eſt tēporalis ſed æternus, non eſt cōmenſu
rabilis, ſed immenſus, non eſt comprehēſibilis,
ſed incomprehēſibilis. Notādum etiam ꝙ Deo
debent attribui, nō ſolū perfectiones quæ ſunt
in creaturis, ſed etiā perfectiones quæ poſſunt
eis ineſſe: nam omnis perfectio quæ excogitari
poteſt, nobiliſſimè & excellentiſſimè in Deo re=
ſeruatur. Secundo etiam à Deo remouendæ
ſunt non ſolum imperfectiones, quæ ſunt in
creaturis, ſed etiam imperfectiones quæ eis poſ
ſet in eſſe: quia in Deo nulla eſt imꝑfectio. Deus
enim, ſm Beatum Anſelmum, eſt quicquid me
lius eſt eſſe q̄ non eſſe: quia ei cōpetit omnis per
fectio. Sic etiam dicere poſſumus, ꝙ Deus non
eſt quicqd eſt melius non eſſe q̄ eſſe: quia ei nul
la competit imperfectio, vt ſi melius eſt nō eſſe
cōmenſurabilem q̄ eſſe: Deus non eſt cōmenſu
ralis quia immēſus eſt. Et ſi melius eſt non eſſe
temporalem q̄ eſſe: Deus non eſt temporalis,
ſed æternus. Igitur cum perfectiones quæ ſunt *Anſelmus mono. cap. 17.*
in creaturis, & quæ etiā ineſſe poſſunt, ſint infi=
tæ, infinita poterunt Deo attribui, ſecundū poſi
tionem, quantū ad perfectiones: & infinita poſ=
ſunt ei attribui ſecundū remotionē, quantum
ad imperfectiones. Ideo Dioniſius cap. 12. de *Dioniſ. lib. de diui. nom. cap. 12.*
diuinis nominibus ait, ꝙ laudare debemus eum

qui eſt infinitorũ noĩum. In lr̃a itaq; tanguntur aliqua attributa diuina, cum dr̃ qd' Deus eſt immenſus, incõprehẽſibilis, & cetera hmõi, nõ tñ tangunt̃ oĩa attributa qa (vt dictũ eſt), iſta ſunt quodãmodo infinita. Notandum etiam ꝙ licet Deo attribuamus aliqua poſitiuè, quia dicimus ipſum eſſe bonũ, ſapientẽ, & iuſtũ, & aliqua negatiuè, qa dicimus ipm̃ eſſe imẽſum & incõprehenſibilẽ: attamen (vt Dioniſ. dicit.) lib. de cęleſti Hierarchia: Negationes in diuinis ſunt verę, affirmationes vero incõpactæ. Dicunt̃.n. affirmationes incõpactę, qa eſt ibi aliqua improprietas in modo intelligendi. Nã ſi dicas, deum eſſe nõ cõmenſurabilẽ ſed immẽſum, nõ tpalẽ, nec terminatũ, ſed ęternum .i. extra terminũ & hẽre eſſe interminatum, nulla ĩproprietas eſt ibi. Sed ſi dicas Deũ eſſe ſapientẽ, quia nõ potes intelligere deũ ſapientẽ eo modo quo ipſe eſt ſapiẽs, & ſic de aliis pfectionibus per poſitionẽ dictis, in omnibus ppoſitionibus affirmatiuè de Deo dictis, eſt aliqua incompactio, & aliqua improprietas ex noſtro modo intelligẽdi. Et quia ſic, eſt, attributa quæ tangũtur in litera, magis omnia ſunt per remotionẽ, vt ꝙ Deus eſt nõ temporalis, ſed æternus, non cõmenſurabilis, ſed immenſus, q̃ dicta ſint per poſitionem. Notandum etiam, ꝙ licet ſecundũ cõem vſum loquẽdi, dictum ſit, ꝙ in diuinis eſt vna ſubſtãtia, vna eſſentia, non tamen propriè dictum eſt, vt ait Auguſt. in lib. de trinitate ꝙ Deus ſit ſubſtantia, ſed ꝙ ſit eſſentia, nam cum ſubſtantia dicat̃, a ſubſtare, eſſentia vero dicatur ab eſſe, Deus pprie non dicitur eſſe ſubſtantia, quia nulli propriè ſubſtat, ſed dicitur propriè eſſentia, quia proprie ei cõpetit eſſe. Immo forte nihil aliud à Deo proprie habet eſſe: quia noſtrum eſſe, ad ſuum eſſe comparatũ, magis eſt non eſſe q̃ eſſe, iuxta illud Eſaie: Omnes gentes quaſi nõ ſint, ſic ſunt coram Deo, & quaſi nihilũ & inane reputatæ ſunt ei. Vnde Aug. 7. de Trinit. cap. 5. ſic ait: Manifeſtum eſt Deum abuſiuè ſubſtantiam vocari, vt nomine vſitatiore intelligatur eſſentia, ꝙ verè ac propriè dicitur, ita vt fortaſſe ſolum deum oporteat dici eſſentiam, quia ſolus vere eſt. Quod ergo in litera dicitur ꝙ Deus dicitur ſubſtantia, oportet ꝙ ſubſtantia accipiatur large, prout ſubſtantia idem nominat ꝙ eſſentia. Notandum etiã ꝙ diuina natura dicitur omnino ſimplex; quia licet creatura poſſit aliquo modo ſimplex dici, quia creatura ſpiritualis ſimplex eſt reſpectu corporalis: tamen ſimpliciter & omnino ſolus Deus eſt ſimplex, & omnis creatura compoſita. Nã in omni creatura eſt compoſitio eſſentiæ & eſſe, virtutis & ſubſtantiæ, accidẽtis & ſubiecti. In omni enim creatura eſſe differt ab eſsẽtia, & virtus differt, a ſubſtãtia. Nulla enim creatura eſt ſuum eſſe, nec aliqua creatura eſt ſua virtus. Sic etiã in omni creatura eſt aliquid per accidens ppter quod eſt ibi compoſitio accidentis & ſubiecti. In Deo autẽ non eſt compoſitio eſſentiæ & eſſe: quia Deus eſt ſuum eſſe. Non eſt ibi compoſitio virtutis & ſubſtantiæ: quia Deus eſt ſua virtus. Nõ eſt ibi compoſitio accidentis & ſubiecti: quia in Deo nihil eſt per accidẽs. Vt habetur ab Auguſt. in pluribus locis in. 5. de Trinitate. Merito ergo natura diuina dicit̃ eſſe omnino ſimplex. Deinde cũ dicit. (Pater a nullo) determinat de perſonarũ origine dicens, ꝙ pater a nullo eſt, filius autẽ eſt a patre ſolo, ſed ſpiritus ſanctus eſt pariter ab vtroq; abſq; initio: quia pater generãs, filius naſcens, ſpiritus ſanctus procedens, ſunt conſubſtantiales, & coęquales, & omnipotẽtes & coęterni. Notandũ aũt ꝙ gñatio quam filius accepit a patre, eſt intellectualis & non materialis. Nam pater intelligendo ſe, gignit in ſeipſo conceptum quendã, qui conceptus dicitur verbum, & verbũ illud gignitur de ſcientia patris. Sicut etiam in nobis ipſis cum aliquid intelligimus, formamus in nobis ipſis conceptum aliquem qui dicitur verbum. Differt tamen verbũ noſtrum a verbo diuino, quia verbũ noſtrum non ſemper gignitur de noſtra ſcientia, ſed aliquando gignitur ex ignorãtia. Quia multa dicimus quę ignoramus: vt vult Auguſt. 15. de Trini. Sed verbũ dei ſemper generatur de ſciẽtia Dei. Nõ ergo intelligas ꝙ filius naſcens ex patre, ſit aliquid materialiter productum, ſed aliquod generatum intellectualiter. Ita ꝙ filius patris, nihil aliud eſt q̃ verbũ patris, ex eius ſciẽtia naſcens. Notandũ etiam ꝙ ſicut pater intelligendo ſe, generat in ſe quendam conceptũ, & quoddã verbum, quod dicitur filius eius, ita pater & filius diligẽdo ſe, producunt quẽdã amorem qui dicit̃ ſpiritus ſanctus. Quare ſicut filius eſt verbum patris, ita ſpiritus ſanctus eſt amor patris & filii. Pater ergo, quia non accipit eſſe ab alio, dicitur eſſe a nullo. Filius verò quia eſt verbum patris, & accipit eſſe a patre dicit̃ eſſe a patre ſolo, vel dicit̃ eſſe a patre naſcens. Sed ſpiritus ſanctus qui eſt amor patris & filii, & aliqs amor procedens a patre & filio, dicitur eſſe procedens pariter ab vtroq;. Notandũ etiã ꝙ faciẽda eſt vis in eo ꝙ dicitur, pariter, ideſt ęqualiter. Spiritus enim pcedit pariter & ęqualiter a pr̃e & filio, quia pr̃ & filius ſpirant ſpũm ſanctũ, nõ in eo ꝙ plura, ſed in eo ꝙ vnũ principiũ eius, iuxta illud Aug. 5. de Trini. Sicut pr̃ & filius per cõparationẽ ad creaturam relatiuè dicunt̃ vnus creator & vnus Deus, ſic relatiuè ad ſpũm ſanctũ vnũ principiũ. Et ſic pr̃ & filius ſpirant ſpiritũ ſctm̃ nõ in eo ꝙ diuerſi, nec in eo ꝙ ſint plura pricipia, ſed in eo ꝙ ſint vnũ principiũ. Oportet ergo ꝙ ſpũs ſctũs pcedat pariter ab vtroq;. Notandũ etiam ꝙ differt verbũ diuinum a verbo noſtro, & amor diuinus ab amore noſtro, quia nos non ſemper intelligimus, nec ſemper diligimus, ſed Deus qui omnino eſt immutabilis, apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio, ſemper intelligit, & ſemp diligit:

Dioniſ. lib. de cœlis Hierar. cap. 2.

Qua de cauſa negationes de Deo ſint veræ, affirmationes autem ſint incompactæ.

Auguſtin. 7. de de Tri. cap. 5.

Solus Deus vere eſt.

Cap. 40.

Auguſt. 7. de trin. cap. 5.

Solus Deus eſt omnino ſimplex.

Auguſt. 5. de trin. cap. 2. 3. 4. et. 5.

Differẽtia inter verbũ diuinũ & noſtrũ.

Auguſt. 15. de trin. ca. 15

Quare ſpiritus ſanctus a patre & filio æqualiter procedat.

Auguſt. 5. de trini. cap. 14.

Iacob. cap. 1.

diligit: Semper ergo eſt ibi verbũ, quod gignitur ex intelligere patris, & ſemper eſt ibi amor, qui procedit ex patre & filio. Filius ergo qui eſt verbum patris, ſemper abſqꝫ initio & fine eſt ex patre naſcens, & Spiritus ſanctus qui eſt amor patris & filii, ſemper abſqꝫ initio et fine eſt procedens pariter ab vtroqꝫ. Notandum etiam ꝙ ſubſtantia dei vel eſſentia dei (quantum ſpectat ad præſens) differunt a ſubſtantia noſtra vel ab eſſentia noſtra in quatuor.

Quatuor differentiæ inter Dei ſubſtantiã & noſtram. prima.

Primo differunt, quia quicquid eſt in Deo, eſt idem ꝙ ſubſtantia Dei, ſed quicquid eſt in nobis, non eſt idem ꝙ ſubſtantia noſtra. Scientia ergo Dei, eſt idem ꝙ ſubſtantia eius, & diligere ipſius Dei, eſt idem ꝙ ſubſtantia eius, ſed noſtrum ſcire, & noſtrum diligere, non ſunt idem ꝙ ſubſtantia noſtra. Verbũ ergo noſtrum, & amor noſter, non ſunt conſubſtantiales nobis: quia noſtrum intelligere ex quo procedit verbũ noſtrum, & noſtrum diligere ex quo ꝓcedit amor noſter, non ſunt idem ꝙ ſubſtantia noſtra. Sed filius qui eſt verbũ patris, & ſpiritus ſanctus qui eſt amor eius, ſunt conſubſtantiales Deo: quia in deo ſcire & diligere ſunt idẽ ꝙ ſubſtantia eius.

Secunda.

Secunda differentia inter Dei ſubſtãtiam et noſtram ſubſtantiam eſt, quia ſubſtãtia dei eſt omnino ſimplex, ſed noſtra non eſt omnino ſimplex. Subſtãtia ergo Dei quia omnino ſimplex eſt, non habet partem, et partem, filius ergo et ſpiritus ſanctus, qui ſunt patri cõſubſtantiales, et habent eandem ſubſtantiã cum patre, oportet ꝙ eis tota ſubſtantia patris cõmunicetur, cũ ibi ꝓpter ſimplicitatem non ſit partem et partẽ dare. Filius ergo et Spiritus ſanctus ſunt coęquales patri, quia propter ſimplicitatem quæ eſt in deo, cuilibet cõmunicat pater totam ſubſtantiam, et totam virtutẽ ſuam. Licet ergo, verbum noſtrum, et amor noſter, poſſint dici non coęquales nobis, filius tamẽ, qui eſt verbum patris, et ſpiritus ſanctus, qui eſt amor patris et filii, ſibi coæquales ſunt.

Tertia.

Tertia differentia inter ſubſtãtiam noſtram, et ſubſtãtiam dei eſt, quia ſubſtantia noſtra eſt imperfecta, et in ſe non habet omnem potentiã et omnem virtutẽ, ſed ſubſtantia dei eſt omnino perfecta, et in ea reſeruatur omnis potẽtia, et omnis virtus. Eſt enim ſubſtantia diuina ipſum eſſe, in quo reſeruatur omne eſſe, et per cõſequens oẽ poſſe: et quia filio, et per cõſequens ſpiritui ſancto, cõmunicat pater totam diuinam eſſentiam, cum in illa ſubſtantia habeat eſſe omnis potentia, et omnis virtus, oportet ꝙ filius et ſpiritus ſanctus ſint omnipotentes ſicut et pater, quia habent eandẽ diuinam eſſentiam, et totam illam eſſentiam, quã habet pater. Licet ergo, verbum noſtrum et amor noſter, non habeant oẽm potentiã, filius tamen qui eſt verbum patris, et ſpiritus ſanctus qui eſt amor eius, habet omnipotẽtiam.

Quarta.

Quarta differentia eſt, quia ſubſtantia noſtra eſt temporalis et mutabilis, ſubſtantia vero diuina eſt æterna & immutabilis. Verbum ergo noſtrũ & amor noſter non habent æternitatem: ſed filius, qui eſt verbum patris, & ſpiritus ſanctus, qui eſt amor eius, oportet ꝙ ſint coęterni patri, quia pater eis cõmunicat ſubſtantiam ſuam, quæ eſt incõmutabilis & æterna. Ex his ergo quatuor differentiis, quas habet diuina ſubſtantia ad noſtram ſubſtantiam, verificantur de filio, & de Spiritu ſancto, illa quatuor quæ dicũtur in litera, videlicet ꝙ ſunt conſubſtantiales, & coęquales, omnipotentes & coęterni. Deinde cum dicit. (Vnum vniuerſorũ principium.) Determinat de opere creationis dicens, ꝙ ille vnus verus Deus, trinus in perſonis, & vnus in ſubſtantia, eſt vnum vniuerſorũ principiũ, creator omniũ viſibilium & inuiſibilium, ſpiritualium & corporaliũ, qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtranqꝫ de nihilo condidit creaturã, ſpiritualem & corporalem, angelicam et humanã, hanc enim, humanam ſcilicet, ex corpore & ſpiritu, conſtitutam.

Error Manichæorum de rerum principio.

Notandum aũt ꝙ circa opus creationis errauerũt Manichei, quia non poſuerunt vnum principium vniuerſorũ, ſed dixerunt duo eſſe principia: Vnum quidẽ ex quo procedebant bona, alterũ vero ex quo mala procederent. Voluerunt etiam ꝙ viſibilium corporaliũ, & ſpiritualium non eſſet vnum principiũ, ſed duos Deos aſſerebant eſſe, & duo principia: ab vno quorũ procedebant hæc viſibilia corporalia, ab alio vero procedebant inuiſibilia & ſpiritualia.

Cõfutatio erroris.

Hic ergo error deſtruitur, ex eo ꝙ in litera dicĩt, ꝙ eſt vnum vniuerſorũ principium, creator omnium, viſibiliũ, & inuiſibiliũ, ſpiritualiũ & corporalium.

Error phyloſophorũ de mũdi principio.

Notandũ etiam ꝙ circa productionem rerum errauerunt philoſophi dicentes: Mundum eſſe ab æterno, aſſerentes etiam ex nihilo nihil fieri poſſe.

Confutatio erroris.

Hic autem error eneruatꝰ, per hoc ꝙ hic aſſeritur, mundum eſſe temporalẽ, & ex nihilo creatum. Vnde ſcribitur, ꝙ ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio tẽporis, vtrãqꝫ de nihilo condidit creaturam. Non ergo mundus eſt ab æterno, ſed ab initio tẽporis eſt creatus, non ex præiacenti materia, ſed ex nihilo eſt in eſſe productus.

Beda, initio tẽporis quatuor creata fuerunt ſimul.

Gen. 1.

Notandum etiam ꝙ ſecundũ Bedam, & habetur in gloſa ſuper gene. in principio. Quatuor ſunt quæ creauit Deus ab initio temporis, videlicet, tempus, cęlum empireũ angelus, & materia. Nam in principio, ideſt in initio tẽporis, creauit deus cęlũ. i. cęlũ empireũ & terram. i. hanc materiam corporalem. & quia cęlum empireum ſtatim cum factum fuit (ſecũdum Bedam) mox ſanctis angelis eſt repletũ. Illa quatuor fuerunt ſimul facta, videlicet cęlum empireum, tẽpus, & materia corporalis et Angeli: et quia ſic eſt, ideo hic dicitur, ꝙ ſimul ab initio temporis Deus de nihilo vtramqꝫ cõdidit naturam, ſpiritualem & corporalem, angelicam, & mundanam. Nam (vt tactum eſt) natura angelica, & hęc materia corporalis, ſimul

cum tempore habent eſſe,& ſunt creata. Notã dum etiã ꝙ diſtinguendo opera creationis ſecundum opera ſex dierum, vt ſonat litera in principio geneſeos,homo nõ fuit factus ab initio temporis,ſed fuit factus ſexta die. Prius ergo fuit facta ſpiritualis & corporalis ſubſtantia, & deinde facta fuit ſubſtantia humana, ex corpore et anima,ſiue ex corpore & ſpiritu conſtituta. Deinde cum dicit (diabolus enim) determinat de opere recreationis, ſiue (quod idem eſt) de opere redemptionis humanæ. Redemptio autẽ humana lapſum præſupponit, nam quia homo lapſus erat per peccatũ, ideo indigebat redemptione,homo autem lapſus eſt ex ſuggeſtione diaboli. Duo ergo facit: quia primo determinat quomodo fuit lapſus ex diabolica ſuggeſtione. Secundo determinat de hominis reparatione & redemptiõe, ibi. (Hęc ſancta Trinitas) dicit ergo, ꝙ diabolus et alii demones, a deo quidem natura creati ſunt boni,ſed ipſi per ſe (ideſt voluntate propria) facti ſunt mali. Homo verò diabolica ſuggeſtione peccauit. Notã dum autẽ quoſdam erraſſe dicentes diabolum ab initio creatum fuiſſe malum: ſed hoc eſt contra veritatem, quia, vt dicitur Geneſeos Primo. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona. Vnũquodqꝫ enim opus diuinum in ſe acceptum, bonum eſt, cuncta autem, ſimul ſumpta, ſunt valde bona. Diabolus ergo creatus fuit bonus, nec peccauit in illo inſtanti in quo fuit creatus: ſed creditur modicam morulã fuiſſe inter creationẽ et lapſum. Vnde dñs Ioan. 8. de diabolo loquens ait, ꝙ ille homicida erat ab initio et in veritate, non ſtetit. Non dicit ꝙ in veritate non fuerit quia bonus aliquãdo fuit, tamen in bonitate et veritate non perdurauit, nec ſtetit, quia quaſi ſtatim poſt creationẽ peccauit. Notandum etiam quòd quia homo peccauit per alium, cõgruũ fuit quòd per alium reſtauraretur: ideo lapſus hominis fuit reparabilis, diabolus verò qui nõ peccauit per alium, ſed per ſe, ideo dicitur non fuiſſe congruum quod per alium repararetur, nec per ſe potuit reparari, ideo lapſus eius fuit, irreparabilis. Vñ Damaſcenus lib. ſecundo, ſic ait: Scire oportet quoniam quod eſt hominibus mors, hoc Angelis eſt lapſus, poſt caſum enim nõ eſt Angelis pęnitentiæ locus, vt neqꝫ poſt mortẽ hominibus. Deinde cũ dicit. (Hæc ſancta Trinitas,) in parte iſta, vt dicebatur, determinat de hominis redemptione. Ad hominis autem redemptionem (quantum ad præſens ſpectat) quatuor cõcurrunt, videlicet, legis datio, Chriſti incarnatio, eccleſiæ catholicæ ordinatio, ſacramentorũ inſtitutio. Legis enim datio faciebat ad noſtarm redemptionem, quia lex manuducebat nos ad Chriſtũ per quem redempti ſumus: iuxta illud, Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. Chriſti incarnatio facit ad noſtrã redẽptionẽ, quia Chriſtus incarnatus nos

Error quorũdam de diaboli malitia.
Gen. 1.
Erroris confutatio.
Ioan. 8.
Cur lapſus hominis fuerit reparabilis.
Cur lapſus diaboli fuerit irreparabilis.
De orthodoxa fide.
Dam. lib. 2. cap. 4.
Ad hominis redemptionẽ quatuor cõcurrũt.

redemit. Eccleſiæ catholicæ ordinatio facit ad noſtram redemptionem, quia extra eccleſiã catholicam non eſt ſalus. Sacramentorum inſtitutio facit ad noſtram redemptionem, quia per ſacramenta quaſi per quædam medicamẽta ſpiritalem ſanitatem recipimus. Quatuor ergo facit, Quia primo determinat de legis datione. Secundo de Chriſti incarnatione. Tertio de catholicæ eccleſiæ ordinatione. Quarto de ſacramentorum inſtitutione: Secũda ibi, (Et tandem vnigenitus,) Tertia ibi (Vna verò eſt fidelium.) Quarta ibi. (Cuius corpus et ſanguis,) Dicit ergo quod hęc ſancta Trinitas ſecundum cõmunem eſſentiam, indiuidua, et ſecundum perſonales ꝓprietates diſcreta, primo per Moyſem et ſanctos prophetas, alioſqꝫ famulos ſuos, iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionẽ temporum, humano generi doctrinam tribuit ſalutarem. Notandum etiam quod cum in diuinis ſit in eſſentia vnitas, in perſonis verò diſtinctio, & alietas, ideo dictum eſt quod ſancta Trinitas ſecundũ cõmunem eſſentiam eſt indiuidua, ſed ſecundũ perſonales proprietates diſcreta, ſiue diſtincta. Notandum quod accipiendo large nomen legis, poſſumus intelligere nomine legis, totam doctrinam traditam in veteri teſtamento. Ideo cum hic agitur de legis datione, fit mentio de doctrina tradita per Moyſem, & ſanctos prophetas, & per alios Dei famulos, de quibus fit mentio in veteri teſtamento. Notandum etiam quod bonus medicus ſecũdum aliam, & aliam diſpoſitionem infirmi, dat alia & alia medicamẽta: Sic Deus tanquam bonus medicus, & bonus pater, ſecũdum conditionem humani generis, propter peccatum prothoparẽtum egrotãtiũ iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionem temporũ, ideſt, pro vt tempora requirebant, humano generi tribuit doctrinã ſalutarem. Ita quod ſecundum alia, & alia tempora (prout videbat nos aliter, & aliter diſpoſitos) nos alia, & alia docuit. Vnde dominus ſuis diſcipulis dicebat, multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Tãquam ergo bonus doctor, ſuum ſermonem temperabat, prout auditorum diſpoſitio requirebat. Deinde cum dicit. (Et tandem vnigenitus.) Determinat de Chriſti incarnatione: Circa quod tria facit. Quia primo determinat de incarnationis cauſa. Secundo de incarnationis modo. Tertio de incarnatiõis effectu, Secũda ibi. (Verus hõ factus.) Tertia ibi. (Qui etiã pro ſalute humani gñis.) Continuet ergo ſic. Deus tanq̃ bonus pater ſecundũ ordinatiſſimã diſpoſitionẽ temporũ, humano generi doctrinam tribuit ſalutarem & tandem quando venit plenitudo temporis. i. qñ venit tempus gratiæ, vnigenitus dei filius IESVS Xpſ à tota Trinitate eſt cõiter incarnatus, ex Maria ſemper virgine Spiritus ſancti cooperatione cõceptus. Notandum autẽ quod indiuiſa ſunt opera trinitatis, eo quod trium pſonarũ eſt indiuiſa voluntas,

Gal. 2.
Sacramenta ſũt animæ medicamenta.
Ioan. 8.
quare trinitatis opera ſint indiuiſa.

Damaſ.lib.3. de fide orthodoxa cap.14.

luntas,& indiuiſa ſubſtantia, vt vult Damaſcenus,in libro tertio. Licet ergo ſolus filius ſit incarnatus, illam tamen incarnationem operata eſt tota trinitas: vt vult Auguſt.de trinita.lib. 1. cap.5.

Aug. lib.1.de trin. cap.5.

Bene ergo dictum eſt vnigenitus Dei filius IESVS Chriſtus à tota trinitate eſt cōmuniter incarnatus. Ponitur autem circa hoc, exemplum: Vt ſi duæ puellæ induant tertiam, ita tamen quod tertia cooperetur ad huiuſmodi induitionem. Secundum hoc, vna ſola eſſet induta,ſed oēs illæ tres puellæ efficerent illam induitionem: ſic & in propoſito, Pater, & ſpiritus ſanctus induerunt filium humanā carnem, ita tamen quod filius induit etiam ſeipſum carnem. Tota ergo trinitas operata eſt filii Dei incarnationem, ſolus tamen Dei filius eſt incarnatus.

Exēplū de verbi incarnatiōe ſatis accōmodatum.

Cōia toti trinitati, aliqua ſpeciali cā poſſūt alicuivni perſonæ appropriari.

Notandū etiam, quòd ea quæ ſunt cōmunia toti trinitati, ex aliqua cauſa ſpeciali poſſunt etiam alicui vni perſonæ appropriari, vt licet potentia,ſapientia, & bonitas, ſint cōmunia omnibus tribus perſonis,potentia tamē appropriatur patri,ſapientia filio,bonitas verò ſpiritui ſancto. Sic & in propoſito,licet tota trinitas operata ſit incarnationē, attamen opus incarnationis, eo quod fuit opus ad benignitatem pertinens, appropriatur ſpiritui ſancto. Hoc eſt ergo quod ait:quod IESVS Chriſtus à tota trinitate cōmuniter incarnatus eſt: ſed tamen per quandā appropriationē, cooperatione ſpiritus ſancti eſt conceptus ex Maria virgine. Tota ergo trinitas cōmuniter cooperata eſt illam conceptionem,& illam incarnationem,ſed per quandā appropriationē,& quodam modo ſpeciali, dicitur hoc fuiſſe factū cooperatione ſpiritus ſancti. Deinde cum dicit, (verus homo factus.) Determinat de modo incarnationis: Circa quod tria ſunt attendenda. Nam primo fuit ibi verè humanitatis aſſumptio, & quantum ad hoc dicit (quod eſt verus homo factus quia ex anima ratiōali & humana carne cōpoſitus.) Secundo fuit ibi non in natura,ſed in pſona, vnio: & quantum ad hoc ſic ait (vna in duabus naturis perſona, viam vitę manifeſtius demonſtrauit.) Fuit etiam ibi idiomatum cōmunicatio, ita quod ipſi chriſto,dei filio, aliqua competebant ſecundū deitatem, aliqua verò ſecūdum humanitatem. Et quantū ad hoc ſubdit. (Qui cum, ſecundū diuinitatem, ſit īmortalis, & impaſſibilis, idem ipſe ſecundū humanitatē, factus eſt mortalis,& paſſibilis.)

Error quorūdā hæreticorū de chriſti aīa.

Notandū autem quoſdam hęreticos erraſſe, dicentes chriſtū nō habuiſſe animam,ſed quod deitas fuerit ibi loco animæ. Secundum iſtos. n. quod in aliis hominibus faciebat caro,& anima, hoc in chriſto fecit caro, & diuinitas.

Erroris cōfutatio.

Matth. 26.

Hæc autē poſitio ſtare non pōt: quia ſi chriſtus nō habuiſſet animā, nō fuiſſet verus homo,& tamē ipſe de ſeipſo teſtatus eſt, ſe habere animā, dicens: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Iſte ergo error deſtruitur cum dr: Verus homo factus, ex anima rationali,& humana carne cōpoſitus.

Nota de vnione inter Deū & creaturā facta in Chriſto.

Notandū etiā q̄d in xp̄o nō fuit facta vnio in natura, ita q̄d natura humana nō fuit cōuerſa in diuinā: nec natura diuina fuit cōuerſa in humanā nec ēt ex illis duabus naturis, videlicet ex humanitate,& diuinitate,cōflata fuit aliqua tertia natura. Nō.n. poſſumus dicere, q̄d ſicut ex anima & carne cōflat̄ vna tertia natura, quę dr̄ humanitas, ſic ex diuinitate & humanitate conflata ſit aliqua vna natura, qa tunc Deitas non diceret naturā perfectam. Nā quicquid alteri appoſitum conſtituit tertium, habet rationem partis,& imperfecti, quod de deitate excogitare omnino nefas eſt.

Quicquid alteri appoſitū cōſtituit tertiū habet rōnem partis et īperfecti.

Nullo ergo modo fuit facta vnio in natura, quia nullo modo eſt accipere in chriſto vnā naturam cōmunem, ſed facta fuit vnio in perſona, quia in vna perſona verbi vnita fuit duplex natura, diuina, ſcilicet,& humana. Ideo ait: Quod chriſtus eſt vna perſona in duabus naturis. Notandum etiam quod multifariè multiſq; modis, per multas metaphoras, & figuras, atq; enigmata loquutus eſt olim deus patribus veteris teſtamenti, in prophetis, ideſt, per prophetas, ſed nouiſſime his diebus clarè, & apertè loquutus eſt nobis in filio, ideſt, per filium.

Heb. 1.

Et quia filius vias vitæ in omnibus prophetis nobis demonſtrauit, ideò hic in litera dicitur: Quòd ipſe Chriſtus homo factus nobis viam vitæ manifeſtius demonſtrauit.

Quō & quare in chriſto fuerit idiomatum cōicatio.

Ioan. iij.

Notandum etiam quod in chriſto fuit cōmunicatio idiomatum, quæ cōmunicatio ſic intelligitur. Quia quę erant hominis deo attribuuntur, quia ipſe deus patiebatur, ipſe dei filius mortuus fuit, ipſe Dei filius natus eſt, ex Maria virgine, & fuit eleuatus in cruce. Conſtat autem quod pati, mori, naſci ex muliere, leuari in cruce, non ſunt Dei, ſecundum quod Deus, ſed magis ſunt hominis, in eo quod homo. Dicebatur enim filius hominis, etiam ante aſcenſionem, eſſe in cęlo, iuxta illud quod habetur Ioan. iii. Nemo aſcendit in cęlum, niſi qui deſcendit de cęlo filius hominis qui eſt in cęlo. Loquebatur enim dominus de filio hominis, qui erat in terra, & dicebat ſe eſſe in cęlo, quod ei non poterat competere, in eo q̄d homo, ſed in eo quod Deus. Quid plura? Talis fuit vnio illa quod fecit Deum hoīem, & hominem Deum. Nō autem potuit eſſe maior cōmunicatio idiomatum quā quod homo prędicetur de Deo. Ita quod hoc idioma, & hoc nomen,& hoc vocabulū homo Deo attribuatur,& dicatur Deus homo, & Deus prędicetur de homine, quia hoc idioma,& hoc nomen, & hoc vocabulum Deus, attribuebatur homini, & dicebatur homo Deus. Notandum etiam, quod ſi in eodem ſuppoſito eſſet muſica,& ars ædificatiua tunc muſicus eſſet ædificator,& ecōuerſo: Et ſi in eodē pomo eſſet color & ſapor, tunc coloratum eſſet ſapidum, & ſapidum coloratum. Et tunc ſi idem eſſet muſicus,& ædificator, quæ eſſent muſici competerent ædificato-

ri,ita quod ædificator poſſet cantare, & quæ eſſent ædificatoris competerent muſico,ita qđ muſicus poſſet ędificare. Sic in propoſito. Nam quia in eodem ſuppoſito verbi, & eadem perſona Chriſti, erat natura diuina, & natura humana, idem erat homo & Deus, & quæ erant hominis, poterant deo attribui, & quæ Dei erant, poterant homini attribui. Idem ergo fuit paſſibilis & impaſſibilis, idem mortalis, & immortalis. Idem ergo dei filius, qui erat impaſſibilis, & immortalis, ſecundum deitatem, aſſumendo carnem, factus eſt paſſibilis, & mortalis, ſecundū humanitatem. Hoc eſt ergo quod dicitur in litera: quòd dei filius, qui cum ſecundum diuinitatem ſit immortalis & impaſſibilis, idem ipſe ſecundum humanitatem factus eſt mortalis & paſſibilis. Deinde cum dicit. (Qui pro ſalute generis humani.) Determinat de incarnationis effectu. Poteſt autem dici incarnationis effectus, quicquid ad incarnationem conſecutum eſt, vel in poſterum ſequetur. Chriſto autem aſſumente carnem, ſequitur quod ipſe, pro ſalute humani generis, fuit paſſus, & in ligno crucis fuit mortuus, deſcendit ad inferos, reſurrexit à mortuis, & aſcendit ad cęlos. Rurſus, eo incarnato, ſequitur in poſterum, quod ipſe in fine ſæculi veniat, iudicaturus viuos & mortuos, & redditurus vnicuique mercedem ſecundum opera ſua. Hoc eſt ergo quod ait, (quòd Chriſtus aſſumens carnē pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus eſt, & mortuus, deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cęlum.) Et exponit ſe qualiter deſcenderit ad inferos, & qualiter reſurrexit à mortuis, & qualiter aſcendit in cęlum, dicens: Quod (deſcendit in anima, & reſurrexit in carne, & aſcēdit pariter in vtroq;.) Et ſubdit, (in fine ſeculi venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & redditurus ſingulis ſecundum opera ſua tam reprobis, quam electis, qui omnes, tam reprobi quam electi reſurgent cum ſuis propriis corporibus, quæ nunc geſtant, vt recipiant in illis & eiſdem corporibus, quę nunc habent ſecundum opera ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala.) Et addit (illi, ideſt reprobi, cum diabolo accipient perpetuam pęnam, Et iſti, ideſt electi, cum Chriſto accipient gloriam ſempiternam.) Notandum autem quod cum in illo triduo mortis caro Chriſti iacuerit in ſepulchro, Chriſtus non deſcendit ad inferos in carne, ſed in anima, & reſurrexit in carne, quia ſecundum carnem mortuus erat, aſcēdit tamen in cęlum, ſecundum vtrunq;, videlicet tam in anima, quàm in carne. Deinde cum dicit. (vna verò eſt.) Determinat de eccleſiæ catholicæ ordinatione ſic dicens. (Vna vero eſt fidelium vniuerſalis eccleſia extra quam nullus omnino ſaluatur, in qua idem ipſe IESVS Chriſtus eſt ſacerdos & ſacrificium.) Notandum autem quod lex noua differt à lege veteri, vel lex euangelica differt à lege Moſaica, nō ſolum quia illa fuit lex timoris, hæc autem lex gratię & amoris, ſed etiam differt, quia illa fuit quodammodo particularis, ſed hęc debet dici, lex vniuerſalis. Nam lex illa fuit data ſolum populo Iudaico, ſed hæc data eſt omni genti, ideſt, omni populo, iuxta illud quod habetur Matthęi vltimo cap. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti. Et Marci vltimo: Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit condēnabitur. Synagoga ergo quę cōſtituta fuit per legem Moſaicam non merebatur dici vniuerſalis, ſed eccleſia quæ conſtituta eſt per legem euangelicam, & fluxit ex latere Chriſti, meretur dici vniuerſalis, quia ad euāgelium omnes tenentur. Huic enim quicunq; non crediderit condennabitur. Iſta ergo eſt vniuerſalis eccleſia, quia extra ipſam nullus ſaluatur. Notandum autem quod in hac eccleſia idem Chriſtus eſt ſacerdos, & ſacrificium, nam ipſe idem in cęna corpus ſuum confecit, & ipſe idem diſcipulis ſuis tradidit eis ſe ipſum in cibum. Inquantum ergo ipſemet corpus proprium confecit, merebatur dici ſacerdos, quia hoc eſt officium ſacerdotis, corpus Chriſti cōficere. Prout verò ſeipſum tradidit in cibum, merebatur dici ſacrificium, vel aliter. Ipſe in cruce pro redemptione humani generis ſeipſum deo patri obtulit: iuxta illud quod habetur ad Hebreos. 9. Semetipſum obtulit immaculatum Deo viuenti. Idem ergo fuit offerens & oblatum. Crux igitur Chriſti ſe habuit vt altare, ſuper quod offerebatur ſacrificium, Chriſtus autem, inquantum fuit offerens, ſe habuit vt ſacerdos, inquantum verò fuit oblatus, ſe habuit vt ſacrificium. Et quia idem erat offerens & oblatus, idem Chriſtus erat ſacerdos, & ſacrificium. Deinde cum dicit. (Cuius corpus & ſanguis.) Determinat de inſtitutione ſacramentorum, ſiue de ſacramentis. Sunt autem in eccleſia ſeptem ſacramenta inſtituta. Verūtamen, quia de his ſacramentis dicendum reſtat, ideo de his hic ſuccinctè pertranſit, nec de omnibus his facit mentionem, ſed ſolum de quatuor, alia verò pertranſeundo prætermittit. Tangit.n. aliqua pertinentia ad Euchariſtiam, aliqua pertinentia ad baptiſmum, aliqua pertinentia ad pęnitentiam, aliqua verò tangit pertinentia ad matrimonium. Secundum hoc ergo quatuor facit, ſecundum quod tangit aliqua pertinentia ad quatuor ſacramenta. Secunda pars ibi. (Sacramentum verò baptiſmi.) Tertia ibi. (Et ſi poſt ſuſceptionem.) Quarta ibi. (Non ſolum autem, &c.) Dicit ergo, quod corpus chriſti & ſanguis eius in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, & tranſubſtantiantur panis in corpus, & vinum in ſanguinem

Chriſtus nō deſcendit ad inferos in carne, ſed in anima & reſurrexit in carne.

Mat. cap. vlti.

Mar. vlt.

In hac eccleſia idem chriſtus eſt ſacerdos & ſacrificium.

Ad heb. ca. 9

ſanguinem poteſtate diuina. Nam hoc nō poteſt fieri naturaliter, ſed oportet quod poteſtate,& virtute diuina panis tranſubſtantietur in corpus,& vinum in ſanguinem. Addit autem quòd(hoc fit,vt ad perficiendum miſterium vnitatis,accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro.) Nam ipſe naſcendo accepit corpus & carnem noſtrā,& nos in altari accipimus corpus & ſanguinem eius. Perficitur ergo in hoc miſterium vnitatis, quia ipſe vnitus fuit nobis naſcendo,& carnem aſſumendo, nos autem ſibi vnimur ipſum ſacramentaliter ſumendo. Subdit autem quæ ſit virtus huius ſacramenti, & quis poſſit hoc ſacramentum conficere, dicens,(iſtud ſacramentum nemo poteſt conficere,niſi ſacerdos, qui rite fuerit ordinatus ſecundum claues eccleſiæ, quas IESVS chriſtus conceſſit apoſtolis, eorūq; ſucceſſoribus.) Notandum autem quod ſacramentum Euchariſtiæ nobis proponitur ſub ſpecie duplici, videlicet ſub ſpecie panis,& vini:ex quo datur intelligi nobis,quod ſicut ex cibo & potu eſt perfecta refectio corporalis,ſic in hoc ſacramento deuotè & debitè ſumpto,& ſuſcepto,eſt perfecta refectio ſpiritualis. Notandum eſt aūt quod totus Chriſtus eſt ſub vtraq; ſpecie, ita quòd ſub ſpecie panis eſt corpus Chriſti, & ſanguis eius,& anima eius:& totus Chriſtus eſt ſub ſpecie vini,non tñ eodē mō. Quia ſub ſpē panis,ex vi ſacri nō eſt ibi,niſi corpus Chriſti tm̄ Quod aūt ibi ſit ſanguis & anima, hoc eſt ex naturali concomitantia,inquantū illi corpori ſanguis et anima naturaliter ſunt cōiuncta. Sed ſi quis con feciſſet in illo triduo qñ Xp̄s fuit mortuus,qa tūc anima fuit ſeparata a carne,& ſanguis à corpore,confeciſſet corpus ſine anima,& ſi totus ſanguis emanauit ab illo corpore, confeciſſet corpus ſine ſanguine. Sicut etiā ſub ſpecie vini eſt ſanguis tantum ex vi ſacramenti, nam illud dicitur eſſe ſub ſpecie vini, ex vi ſacramēti, in quod conuertitur vini ſubſtantia, & illud dicitur eſſe ſub ſpecie panis,in quod conuertitur panis ſubſtantia. Et quia ſubſtantia vini non conuertitur in corpus, nec in animam,ſed in ſanguinē tantum,ſub ſpecie vini ex vi ſacramenti eſt tantum ſanguis. Sic etiam ſub ſpecie panis, ex vi ſacramenti, non eſt ibi ſanguis, ſed eſt corpus tantū, quia in ſolum corpus conuertitur panis ſubſtantia. Quod autem dicitur quòd ſub ſpecie vini eſt non ſolum ſanguis, ſed corpus & anima,hoc non eſt ex vi ſacramenti, ſed ex concomitantia naturali, videlicet, inquantum illi ſanguini corpus & anima naturaliter ſunt coniuncta. Notandum etiam quod in omnibus ſacramentis eſt aliquid aſſignare, quod eſt ſignum tantum,aliquid quod eſt ſignum & res, aliquid quod eſt res tantum. Vt ſignum tantum in hoc ſacramento eſt ſpecies panis & vini, & ſignum & res,eſt corpus Chriſti verum, res tantum,eſt Chriſti miſticum corpus. Species ergo panis, ſub qua eſt corpus Chriſti verum, eſt ſignum dās intelligere illud corpus. Corpus autē Chriſti verum ſignificat congregationem fidelium, quæ eſt corpus Chriſti miſticū. Nam ſicut corpus Chriſti verum conficitur ex pane,qui fit ex multis granis,ſic corpus Chriſti miſticū, quod eſt congregatio chriſtianorum,conſtituitur ex multis fidelibus. Species ergo panis eſt ſignum tantum,quia dat intelligere corpus Chriſti verum. Corpus autē Chriſti verum eſt res & ſignū. Res.n.eſt reſpectu ſpeciei panis, ſub qua repręſentatur, ſignum aūt eſt reſpectu corporis miſtici quod repręſentat. Corpus autē Chriſti miſticum quod in hoc ſacramento repræſentatur, per corpus Chriſti verum,eſt res tantum. Notandum etiam quod differt hic cibus benedictus à quolibet alio cibo corporali. Nā alii cibi conuertunť in cibatum, hic autē cibus non conuertiť in cibatū,ſed magis cibatus conuertiť in hunc cibum. Nā ſi ſumis corpus Xp̄i, Chriſtus nō conuertiť in te,ſed magis tu cōuerteris in ipſum,inquantū dignè ſumēdo corpus Chriſti efficeris mēbrum eius:per dignā.n. ſumptionē hmōi beatiſſimi corporis efficimur mēbra chriſti. Notandum ēt quod ſicut monſtruoſum eſſet, & contra naturā, quod aliquid nō viuens corporaliter, manducaret cibum aliquem corporalē,ita mōſtruoſum eſt,& cōtra naturā, qđ non viuens ſp̄ūaliter ſumat hunc ſanctum cibum ſp̄ūalem. Qui.n. hoc ſacr̄m māducat, & bibit indignè,iudicium ſibi manducat & bibit. Deinde cū dicit(Sacr̄m verò baptiſmi.) Determinat de ſacramento baptiſmi, dicens:(ſacr̄m verò baptiſmi quod ad Dei inuocationē,& ſanctæ ac indiuiduæ trinitatis, v3, patris & filii, & ſp̄ūs ſancti conſecrať in aqua, tam paruulis, q̄ adultis.) Materia igitur huius ſacri eſt aqua, miniſter aūt huius ſacramenti(in caſu.ſ. neceſſitatis) pōt eſſe qlibet vir,& quælibet mulier. Ideo ſubdit quod hoc ſacr̄m à quocūq;,v3,viro, vel à quacūq; muliere,in forma eccleſię ritæ collatum, p̄ficit ad ſalutē. Notandū aūt quod recta forma baptiſmi eſt recta inuocatio.ſ. Trinitatis. Hoc modo: Ego te baptizo in nomine p̄ris,& filii,& ſp̄ūs ſancti. Attamē in primitiua eccleſia ad hoc qđ nomē chriſti hēretur in notitia & reuerētia,conferebať baptiſmus in nomine Xp̄i. Et vt cōiter dř & poniť, hoc non fiebat irrationabiliter,qa in xp̄o,qui idē ſonat qđ vnctus dātur intelligi tres diuinę pſonæ,v3. P̄r vngēs,filius vnctus,& ſp̄ūs ſanctus, qui erat vnctio,qua vngebať Notandū ēt qđ quia baptiſmus eſt eccleſiæ ſacr̄m,& quia oēs indigemus hoc ſacr̄o, ideo dn̄s accepit cōem materiam in qua fieret.i. aquā,quæ eſt elementū valde cōe,& accepit miniſtrū cōem, v3, quēlibet virum,& quālibet mulierē,quia (vt tactū eſt)a quocunq; rectè fuerit collatū p̄ficit ad ſalutē. Deinde cum dicit.(Et ſi poſt ſuſceptionē). Determinat de ſacr̄o pęnitētie dicēs. Et ſi poſt ſuſceptionē baptiſmi,qſquā

In ſacramento altaris myſterium vnitatis perficitur.

Totus chriſtus eſt ſub vtraq; ſpecie nō tamē eodem modo.

Quid ſacerdos cōfeciſſet, ſi in triduo mortis chriſti confeciſſet.

Quod ī eucharistiæ ſacramēto ſit ſignū tantum, quid res tantū, quid res & ſignum.

Corpus et ſanguis chriſti digne ſūpta non incibatū cōuertuntur, ſed cibatū in ſeipſa conuertunt.

Prima cor. 11

Hētur ēt de cōſe. di. 4. cap. in neceſſitate.

Act. 2. et. 10.

prolapſus fuerit in peccatum, poteſt per verã pęnitentiam reparari. Notandum autem quod pęnitentia, ſecundum Hieronymum eſt ſecunda tabula poſt naufragium: prima enim tabula eſt baptiſmus, quia directè, & principaliter ordinatur contra originale peccatum, ſecũda verò tabula eſt pęnitentia, quia ordinatur contra peccatum actuale. Vel poſſumus dicere, quod baptiſmus eſt quaſi nauis, quia totaliter nos liberat à malo, nam ſi quis (quotquot peccata feciſſet) nõ fictus accedit ad baptiſmum, omnia peccata ſibi totaliter dimittuntur, & quãtum ad pęnam, & quantum ad culpam, ita quod ſi moreretur ſtatim euolaret ad cęlum: ſed pęnitentia non eſt ſic, imo requirit gemitum & planctum, ideo non ſe habet quaſi nauis, ſed magis ſe habet quaſi tabula. Contingit enim quandoq; aliquem pati naufragium in mari, ad cuius manus ſi perueniat aliqua tabula, poterit per tabulam illam effugere maris periculum, licet cum labore & pęna. Sic ſiquis poſt baptiſmũ patiaẽ naufragium, i. incidit in peccatum, debet recurrere ad tabulam pęnitentiæ, per quam poſſit conſequi ſalutem, & ad portum peruenire. Oportet tamen hoc fieri, & hanc tabulam capere cũ pęna & dolore, cum gemitu vȝ, & planctu. Deinde cum dicit. (Nõ ſolum autem.) Determinat de ſacramento matrimonii. Dicens, (non ſolum virgines & continentes, verum etiam coniugati placentes Deo per fidem rectam & bonã operationem ad æternam merentur beatitudinem peruenire.) Notandum autem quoſdam hæreticos matrimonium dãnaſſe dicentes vitam cõiugalem non eſſe licitam. Contra quos apoſtolus ait: Qui matrimonio iungit virginem ſuam bene facit, & qui non iungit melius facit. Non eſt ergo matrimonium dãnandum, ſed dicendum eſt, quod bonum eſt matrimoniũ, ſed melior eſt virginitas, bonũ eſt nubere, ſed melius continere, & virginitatem ſeruare.

Hierony. tomo primo epiſtola de virginitate ſeruanda.

In baptiſmo rite collato, oĩa peccata quo ad culpã et pœnã dimittuntur de cõſe. di 4. ca. regenerante.

Pœnitentia eſt quaſi quædam tabula.

Hæreſis de matrimonio. Confutatio. Primæ cor. 7.

Matrimonium bonum eſt, ſed maior virginitas.

SECVNDA PARS.

DAMNAMVS ergo, & reprobabamus.) Poſtquam enim dominus Papa in præcedenti parte circa ſummam trinitatem, & fidẽ catholicam determinauit veritatem, in parte iſta, vt dicebaẽ, excludit falſitates & errores, circa quod duo facit, ſecũdum quòd duos errores excludit. Nam primo excludit errorem Ioachim. Secũdo excludit & reprobat errorem Almaricii. ibi. (Reprobamus etiam & condẽnamus.) Circa primũ tria facit. Quia primò ponit põnem ipſius Ioachim. Secũdo illam poſitionem reprobat, Tertio damnat omnes defendentes, vel approbantes poſitionem illam. Secunda ibi. (Nos autem ſacro approbante.) Tertia ibi. (Si quis ergo ſententiam, vel doctrinam.) Circa poſitionẽ aũt quãlibet tria ſunt cõſiderãda. Nã primo poſitio eſt narrãda. Secũdò eſt exponẽda, & declaranda. Tertiò verò eſt ꝓbanda, & cõfirmãda. Circa primũ ergo tria facit, qꝛ primò oſtendit qũo Ioachim ſuã põnem ponebat. Scđo oñdit qũo dictus Ioachim ſuã poſitionẽ declarabat, & exponebat. Tertiò verò oñdit qũo pręfatus Ioachim ſuã poſitionẽ ꝓbabat, & defendebat. Secunda ibi. (Quãuis cõcedat.) Tertia ibi. (Ad hanc autem ſentẽtiam. (Dicit ergo: Damnamus & reprobamus libellum, ſeu tractatum quem Abbas Ioachim edidit contra magiſtrum Petrum Lombardum de vnitate, ſeu eſſentia trinitatis, appellans ipſum hæreticum & inſanum, ꝓ eo quod dictus Petrus Lombardus dixit in ſuis ſententiis, quod quædam ſumma res eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, & illa non eſt generans, neq; genita, neq; procedens. Vnde aſſerit Ioachim quod ille Petrus Lombardus non magis trinitatem, quam quaternitatem in deo aſtruebat, videlicet tres diuinas pſonas, & illam cõem eſſentiam, quaſi quartam manifeſte proteſtans. Aſſerebat. n. dictus Ioachim, quòd nulla res eſt, nec eſſentia, nec ſubſtantia, nec natura, quæ ſit pater, & filius, & ſpũs ſanctus. Notandũ aũt quod fides catholica indubitanter tenet, qđ pr̃, filius, & ſpũs ſanctus ſunt vna eſſentia, vna ſubſtantia, vna natura. In diuinis ergo eſt diſtinctio in perſonis, ſed non eſt diſtinctio in ſubſtãtia: immo oẽs illæ tres pſonæ ſunt vna eſſentia, vna natura, ſm quod tenet fides catholica. Hoc magiſter Petrus Lombardus in ſuis ſententiis aſſerit & defendit. Notandũ ẽt qđ oportet nos ponere qđ illa eſſentia, quæ eſt cõis tribus pſonis (ſm quod hmõi) nõ eſt generans, neq; genita, neq; ꝓcedens. Nam ſi diuina eſſentia) ſm quod hmõi) eſſet generans, dici non poſſet qđ filius eſſet illa eſſentia, cum generare filio nõ cõpetat. Rurſus ſi illa eſſentia eſſet genita, pr̃ non eſſet illa eſſentia, cum generari non cõpetat patri. Sic ẽt ſi illa eſſentia eſſet procedens, vel eſſet ſpirata, dici nõ poſſet ꝙ pr̃, neq; filius eſſet illa eſſentia cum nec patri, nec filio competat quod ſpirenẽ. Notandum ẽt quod hoc idem põt aliter declarari. Nam in diuinis eſt aliqd diſtinctum, & aliquid indiſtinctũ, aliquid cõicabile, & aliquid incõicabile. Tanquàm quid cõmunicacabile, & indiſtinctum, eſt ibi eſſentia, quæ eſt cõmunis tribus perſonis: tanquàm aũt indiſtinctũ & incõmunicabile, eſt ibi perſona. Quare ſi nõ eſt diſtinctio in eſſentiã, ſed eſt diſtinctio in pſonis, ea quæ notant diſtinctionem (ſm quod huiuſmodi) non conueniunt eſſentiæ, ſed pſonis. Et quia origines perſonarum, cuiuſmodi ſunt eſſe generans, eſſe genitum, eſſe procedens, denotant diſtinctionem in diuinis, talia eſſentiæ nõ poterunt cõpetere, ſed perſonis. Aliqua ergo perſona eſt ibi generans, vt pr̃, aliqua genita, & filius, aliqua procedens, vt ſpiritus ſanctus. Notandum etiam Abbatem Ioachim in hoc erraſſe,

Diuina eſſentia ſecundũ ꝙ hmõi, nõ generat neq; generatur, non ſpirat neq; ſpiratur.

Error Ioachim

Error Ioachim erraſſe, quia non credebat quod pr̃, & filius, & ſpũs ſanctus poſſent eſſe vna natura, vel vna eſſentia, quæ non eſſet generans, neq; genita, nec procedens. Dicebat, n. quod ſi in diuinis eſt vna res, quæ eſt generans, vt pater, & vna res, quæ eſt genita, vt filius, & vna res, quæ eſt pcedens, vt ſpũs ſanctus, & vna ſumma res, quæ nec eſt generans, nec genita, nec procedens, vt diuina eſſentia, vel natura, ergo in diuinis ſunt quatuor res. Non ergo (vt dicebat Ioachim) eſt trinitas in diuinis, ſed eſt ibi quaternitas. Et quia ponere quaternitatem in diuinis eſt hæreticum & inſanum, ideo præfatus Ioachim appellabat magiſtrum Petrũ Lombardũ hæreticũ & inſanũ. Sed quòd argumentũ ipſius Ioachim, nõ cõcludat & quod dictum magiſtri Petri ſit verum & catholicũ, aliqualiter poteſt apparere per habita, & per ſequentia apparebit. *Prima ratio Ioachim*

Deinde cum dicit. (Quãuis concedat.) Oſtendit quomodo Ioachim ſuam poſitionem exponebat, & declarabat. Cõcedebat enim Ioachim quod tres perſonæ diuinæ ſunt vna eſſentia, & exponebat ſe qualiter intelligebat quod tres pſonæ eſſent vna eſſentia, dicens quod tres perſonæ non erant vna eſſentia verè realiter; ſed erant vna eſſentia per quandam collectionem, ſicut multi homines ſunt vnus populus. Hoc eſt ergo quod ait: Quãuis dictus Ioachim concedat, quod pr̃ & filius, & ſpiritus ſanctus ſint vna eſſentia, vna ſubſtantia, vnaq; natura, verum vnitatem huiuſmodi non veram, & propriam, ſed quaſi collectiuam, & ſimilitudinariã eſſe fatetur. Quemadmodum dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna eccleſia, iuxta illud, Multitudinis credẽtium erat cor vnum, & anima vna: & Qui adhæret deo vnus ſpiritus eſt cum illo: Item, Qui plantat, & qui rigat vnum ſunt: & Omnes vnum corpus ſumus in Chriſto. Rurſus in libro Regum Populus meus, & populus tuus vnum ſunt. Notandum autem quod ſicut multi homines non pñt eſſe aliquid vnũ realiter, & verè & ſicut oẽs credẽtes nõ poſſunt habere vnum corpus realiter & verè, & ſicut adhærens deo nõ efficitur vnus ſpiritus cum ipſo deo, ſecundũ veritatem, & ſicut duæ perſonæ quarũ vna ſit plantans, et altera ſit rigans, non ſunt vnum quid ſecundum rei veritatem, & ſicut duo populi nõ ſunt aliquid vnum realiter & verè, ſic per iſta ſimilia Ioachim ſuam poſitionem declarabat, & exponebat, aſſerens tres diuinas perſonas eſſe vnam eſſentiam, non propriè, & realiter, & verè, ſed per quandam ſimilitudinem, & collectionem. *Act. cap. 4.* *Primæ cor. 6.* *Primæ cor. 3.* *Rom. 12.* *Tertio Re. 22*

Deinde cum dicit (ad hanc ſententiam ſuam.) Oſtendit quomodo Ioachim ſuam poſitionẽ & ſententiam probabat, & aſtruebat dicens. (Ad hãc autem ſuam ſententiam aſtruendam, illud potiſſimum verbum induxit,) quod Chriſtus de fidelibus inquit in euangelio: Volo pater vt ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus, vt ſint conſumati in vnum. Non enim (vt ait Ioachim) fideles Chriſti ſunt vnũ. i. quædã vna res, quę cõmunis ſit omnibus, ſed hoc modo ſunt vnum, idẽſt vna eccleſia propter catholicæ fidei vnitatem, & tandem vnum regnum, propter vnionẽ indiſſolubilis charitatis. Adduxit autem adhuc aliam probationem ſic dicens (quemadmodũ in canonica epiſtola Ioãnis legitur, quod tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cęlo, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt, ſtatimq; ſubiungitur: Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpũs, aqua, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt: Sicut in quibuſdam codicibus inuenitur.) Notandum autem duas eſſe rationes factas, quarum prima talis eſt. Dominus rogabat quod nos eſſemus vnum, ſicut & ipſæ tres pſonæ vnum ſunt, ſed nos non ſumus vnum, quod ſimus vna res, vel vna natura, vel vna eſſentia realiter, & ſecundum rei veritatem, ergo nec ipſę tres perſonę diuinę ſunt vnum, ſcilicet vna natura, vel vna eſſentia realiter, & ſecundum rei veritatem. Si ergo illæ tres perſonæ dicuntur vnum, hoc eſt per quãdam collectionem, vel per quãdam amoris adhęſionem, vel per aliquam aliam ſimilitudinem, vt in ſuperioribus tangebatur. Secunda ratio talis eſt. In Ioanne legitur, quod tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cęlo, pater, verbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt, etiam ſtatim ſubiũgitur, quod tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpũs, aqua, & ſanguis, ſed ſpiritus aqua & ſanguis, non ſunt vnum, ita quod ſint vna res, ſecundum rem, & veritatem, ergo nec tres diuinæ perſonæ ſunt vna eſſentia ſecundum rem & veritatem. Qualiter autem hæ rõnes ſoluẽdæ ſint, in ſequentibus apparebit. Notandum etiã quod ſicut videmus mẽbra eiuſdem corporis diuerſimode colligari, quia per neruos, & per venas, p cartilagines, & iuncturas, ſic fideles q ſunt mẽbra Chriſti diuerſimode vniuntur, & colligantur, per fidem, & charitatẽ. Inquantum colliguntur per fidẽ, dicuntur vna eccleſia catholica eſſe. i. vna multitudo vniuerſalis: nam ad fidem tenendã, & habẽdam, oẽs vniuerſaliter tenentur. Inquantũ verò fideles vniũtur per charitatem, dicunt̃ eſſe vnum regnum: nam p charitatem ſumus filii regni, & per charitatẽ regnamus, iuxta illud quod ait Auguſt. 15. de Trin. cõmẽdans charitatem, vbi ſic ait: Nullũ eſt iſto dei dono excellẽtius, ſolum eſt quod diuidit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ. Notandũ ẽt quod ſpiritus, aqua, & ſanguis teſtimoniũ dant in terra, iſta. n. teſtificant̃ quod Chriſtus erat aliquid aliud pluſquã homo, & nõ erat purus homo: nam inauditum eſt, quod ex corpore humano exeat ſanguis & aqua. Inde igitur dabatur intelligi quod ille nõ erat purus homo. Rurſus teſtimoniũ præbet in terra, non ſolum ſanguis & aqua, ſed etiam ſpiritus, ideſt clamor illæ & vox illa magna, quam *Ioan. 17.* *Secunda.* *Primæ Ioã. 5.* *Fideles vt vniũtur per fidem ſunt vna eccleſia catholica, vt vero vniuntur per charitatẽ ſunt vnũ regnum.* *Augu. 15. de Trin. cap. 18.* *Spũs, aqua, & ſanguis de chriſto teſtantur q̃ fuerit aliquid pluſquã homo.*

Chriſtus emiſit in emittẽdo ſpiritum. Inde Marci vltimo dicitur: Videns autem centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait, Verè hic homo filius dei erat. Conſueuerunt enim homines, & maximè cum moriuntur per effuſionem ſanguinis, intantum debilitari, quod vix loqui poſſint. IESVS ergo quia exiſiens propè mortem clamans expirauit, dabatur intelligi quod non erat purus homo. Spiritus ergo, aqua, & ſanguis, de Chriſto teſtimonium dant in terra. Et iſta tria ſunt vnũ, ideſt ſunt ordinata ad aliquid vnum, ideſt ad reddendum teſtimonium de hac vna re, videlicet quod non erat purus homo. Volebat igitur arguere Ioachim, quod ſi tres perſonæ diuinæ, quæ dant teſtimoniũ in cęlo; ſunt vnum ſicut ſpiritus, aqua, et ſanguis, cum iſta non ſint ita vnum, quod ſint vna res, & vna eſſentia ſecundum rem, & veritatem: Ergo nec tres diuinæ perſonæ erunt vna res, & vna eſſentia ſecundum rem, & veritatem. Notandum etiam quod communiter habetur in textu, Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra: Spiritus aqua & ſanguis, ſed quod poſtea additur, & hi tres vnũ ſunt, non habent omnes codices, ideo in litera dicitur, quod hoc in quibuſdam codicibus reperitur. Deinde cum dicit. (Nos autem ſacro) Reprobat huiuſmodi poſitionem. Circa quod duo facit. Quia primo ponit poſitionem catholicam, quæ eſt contraria ei quam Ioachim aſſerebat. Secundo ſoluit rationes & argumenta, per quæ Ioachim ſuam poſitionem confirmabat. Ibi. (Cum ergo veritas pro fidelibus.) In ponendo aũt poſitionem catholicam, tria facit. Quia primo ponit eã, Secundo eam declarat, Tertio eam probat & confirmat. Secunda ibi. (Quæ ſola eſt vniuerſorum principium.) Tertia ibi. (pater enim ab æterno.) Dicit ergo. (nos autem ſacro approbante concilio. credimus & cõfitemur cum Petro, quod vna quædam ſumma res eſt, incomprehenſibilis quidem, & ineffabilis. Quæ veraciter eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus. Tres ſimul perſonæ, ac ſigillatim quælibet earũdem. Et ideo in deo ſolummodo Trinitas eſt, non quaternitas, quia quælibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia, ſeu natura diuina.) Notandum autem quod regula eſt Auguſt. libro de Trinitate. Quod eſſentialia dicuntur de qualibet diuina perſona ſingulariter, & de omnibus nõ pluraliter, vt ſapientia nominat quid eſſentiale, dicimus. n. quod pr̃ eſt ſapientia, filius eſt ſapientia, & ſpiritus ſanctus eſt ſapientia, omnes tamen tres perſonæ diuinæ ſimul ſumptæ, non ſunt pluraliter tres ſapientiæ, ſed vna ſapientia. Et quia nihil magis dicitur eſſentialiter, quam ſubſtantia, eſſentia, vel natura, & pater eſt ſubſtantia, eſſentia, & natura, ſimiliter & filius eſt eſſentia vel natura, & ſpiritus ſanctus eſt eſſentia & natura, igitur omnes tres perſonę diuinæ pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, non ſunt pluraliter tres eſſentiæ, nec tres naturæ, ſed vna ſubſtantia, vna eſſentia, vna natura. Ideo dicitur in litera, quod hæ tres ſimul perſonæ, ac ſigillatim quælibet earundem, eſt vna quædam ſumma res incomprehenſibilis, vt vna ſubſtantia, vna natura, vna eſſentia. Iſta enim tria, eſſentia, ſubſtantia, natura, dicuntur de qualibet perſona diuina ſigillatim, & ſingulariter, & de omnibus ſimul non pluraliter, vt oſtenſum eſt per iam dicta. Notandum etiam errorem Ioachim in hoc extitiſſe, quod volebat iudicare de diuinis perſonis, ſecundum illud quod videbat in pſonis humanis: vel etiam in aliis creaturis. Videbat enim quod illud quod prædicabatur de pluribus humanis perſonis, plurificabatur ſecundum plurificationem illarum perſonarum, vt ſi homo prædicatur de Sorte & Platone, Sortes & Plato nõ ſunt vnus homo, nec vna res, ſi autem dicuntur vnus homo, hoc eſt per quandam collectionem, vel per quandam participationem ſpeciei, iuxta illud porphyrii, participatiõe enim ſpeciei plures homines ſunt vnus hõ, & ſic homo qui eſt ſpẽs, plurificatur ſecundum plurificationem perſonarum humanarum, & animal quod eſt genus, plurificatur ſecundum plurificationem ſuarum ſpecierum, & inferiorum. Dicimus enim quod ſortes eſt homo, & Plato eſt homo, Sortes tamen & Plato non ſunt vnus homo, ſed plures homines, ſic etiam dicimus, quod leo eſt animal, & capra eſt animal, leo tñ & capra nõ ſunt vnũ animal ſed plura animalia. In diuinis autem nõ eſt ſic, nam pater eſt deus, & filius eſt deus, Pater tamẽ & filius, non ſunt duo dii, ſed vnus deus. Sic pater eſt eſſentia, & filius eſt eſſentia, pater tamen & filius, non ſunt plures eſſentiæ, ſed vna eſſentia. Intelligendum eſt etiam quod Auguſt. 7. de Trinitate, probat quod diuina eſſentia reſpectu diuinarum perſonarum nõ ſe habet vt genus, nec vt ſpecies, quia tam genus quam ſpecies, vt tam animal quam homo, plurificatur plurificatione ſuorum inferiorum, ſed eſſentia diuina non plurificatur plurificatione diuinarũ perſonarũ, quia & ſi ſint plures perſonæ diuinæ, nõ ſunt plures eſſentiæ, ſed vna eſſentia. Quamuis ergo plures perſonæ humanæ non ſint vnus homo, nec vna res, nec vna eſſentia ſecundum rem, & veritatem, omnes tamen tres perſonæ diuinæ ſunt vnus deus, vna res, vna eſſentia ſecundum rem, & veritatem. In hoc ergo apertè vera eſt poſitio Petri Lombardi, & catholica, & poſitio Ioachim falſa & hæretica. Notandum etiam quod tres perſonæ diuinæ ſunt tres res, & vna res, aliter tamen, & aliter, qa ſunt tres res relatæ, vel tres res relatiuæ ſũptæ, ſed ſunt vna res eſſentialiter, & vna res abſolutè ſumpta. Nam ſecundũ Boetium in ſuo libello, In diuinis ſunt tantum duo prædicamenta, ſubſtantia, videlicet, & relatio, ita tamen vt ſubſtantia

Mar. vltimo.

Snĩa catholicorũ de idẽtitate diuinæ eſſẽtiæ cũ perſonis.

Augſt. 5. lib. de Tri. cap. 8.

Porphy. lib. vniuerſalium, cap. de ſpecie.

Aug. 7. de tri. cap. 6.

In diuinis ſunt tres res relatæ & vna res abſoluta quæ nõ ponit in numerũ cum eis.

Boetius lib. de Tri. & vnitate Dei ad Symachum.

tia

tia contineat vnitatem, relatio verò multiplicet trinitatem. Nam in diuinis (ſecundum eſſentialia & ſecundum abſoluta) eſt vnitas, & indiſtinctio, ſed (ſecundum perſonas, & proprietates perſonales) eſt ibi pluralitas & diſtinctio. Vnde Auguſt. 15. de trinitate, ſic ait: Verbum dei patris, vnigenitus dei filius, per omnia patris ſimilis, & æqualis, eſt hoc omnino quod pater, non tñ pater, quia iſte filius, ille pater. Cũ ergo filius & pater non dicant quid abſolutum, ſed quid relatiuum, in diuinis nõ eſt diſtinctio per abſoluta, ſed per relata. Notãdum etiam, quod diuina eſſentia non ponit in numerũ cum perſonis, non enim poſſumus dicere, quod diuina eſſentia & pater ſint duæ res, nec poſſumus dicere, quod diuina eſſentia & tres perſonæ ſint quatuor res. Nã cum diuina eſſentia ſit eadem res quod quęlibet perſona, ipſa nõ ponit in numerum cum aliqua perſonarũ. Nam idem cum eodem non ponit in numerum, nec facit numerum. Nam ſicut non dicitur quod ſortes & homo ſint duæ res, eo quod homo qui eſt in ſorte, & qui prędicatur de ſorte, eſt idem quod ſortes, & non ponit in numerum cum ſorte, ſic diuina eſſentia, quæ prædicatur de diuinis perſonis, & quæ eſt in tribus perſonis, non ponit in numerum cum eis, quia eadẽ eſt cum qualibet earũ. Tres ergo diuinæ perſonæ, & vna eſſentia non ſunt quatuor res, nec ipſa diuina eſſentia eſt quarta res diſtincta à diuinis perſonis, ſed eſt idem quod quęlibet illarum. Ideo dicitur in litera quod in deo eſt ſolũmodo trinitas, & nõ quaternitas, quia quælibet illarũ trium perſonarum eſt illa ſumma res, videlicet diuina ſubſtantia, vel natura. Deinde cum dicit (Quæ ſola eſt vniuerſorum principium) declarat & exponit hanc poſitionẽ catholicam, & veram, oſtendẽs vnam quandam eſſe ſummam rem, videlicet diuinam eſſentiam, quæ non gignit, neque gignitur, nec procedit, ſed eſt pater qui generat, & filius qui gignitur, & ſpiritus ſanctus qui procedit. Secundum quod magiſter Petrus Lombardus in ſuis ſententiis catholicis aſſerebat. Hoc eſt ergo quod ait, quod ſola diuina eſſentia, & natura, eſt vniuerſorũ prĩcipium, præter quod aliud inueniri non poteſt, & illa res non eſt generans, neq; genita, nec procedẽs, ſed eſt pater qui generat filium, & filius qui gignitur, & ſpiritus ſanctus qui procedit, vt diſtinctiones ſint in perſonis, & vnitas in natura. Et oſtẽdit quomodo eſt in eſſentia vnitas, & in perſonis diſtinctio, dicens: Quod licet ſit alius pater, (ſupple pſonaliter,) & alius filius, alius ſpiritus ſanctus, non tamẽ aliud, ſed id quod eſt pater, eſt filius, & ſpiritus ſanctus, idem omnino, vt ſecundũ orthodoxam, & catholicam, ideſt rectam & vniuerſalem fidem conſubſtantiales eſſe credant, ideſt credãtur eſſe idem ſecundũ ſubſtantiam & naturam. Notandum autem quod præter diuinam naturam, & eſſentiam, quæ eſt vniuerſorum principium, nihil aliud inueniri poteſt. Quia ſecũdũ Auguſt. ſuper Geneſim: Sicut omnia indigent Deo actore, ita indigent Deo conſeruatore. Et quia nihil poteſt cõſeruari in eſſe, niſi per diuinam eſſentiam, nihil poteſt inueniri quod ſit, præter ipſam diuinam eſſentiam, vel ſubſtantiam, ideſt quod ſit ſeparatũ, & remotũ ab ipſa, quia ſi aliqua creatura (etiam in momẽto) eſſet præter deum, vel præter diuinam eſſentiam, ideſt eſſet à deo, vel ab eſſentia diuina ſeparata, ſtatim in nihilum tenderet. Notandũ etiã quod ſi volumus intelligere quomodo tres diuinæ perſonæ ſint vna eſſentia diuina, intelligamus qũo hæc tria, memoria, videlicet, intelligentia, & voluntas, ſe habent ad animam. Nam ſicut hæc tria in vna animæ eſſentia ſũt, ſic tres diuinæ perſonæ ſunt in vna diuina eſſentia. Sicut ergo memoria nõ eſt intelligentia, nec intelligentia eſt uoluntas, ſic pater non eſt filius, nec filius eſt ſpiritus ſanctus. Et ſicut vna anima eſt quæ meminit, intelligit, & vult, ſic vna diuina eſſentia eſt quæ eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Anima ergo repræſentat diuinam eſſentiam, quia ſicut in vna anima ſunt hæc tria, ita in vna diuina eſſentia ſunt tres perſonæ. Memoria autem repreſentat patrem, intelligentia filiũ, voluntas verò ſpiritum ſanctum. Nam ſicut à patre habet eſſe filius, & à patre & filio ſpiritus ſanctus, ſic à memoria habet eſſe intelligentia, et ab utriſq; habet eſſe uolnntas. Notandum etiã quod tunc eſſet quaſi valde ſimile, ſi memoria, intelligentia, & uoluntas non eſſent animæ accidẽtia, ſed eſſent idem quod eſſentia animę, ſecundum quod uerba Auguſtini decimo de trinitate, ſonare uidentur, Vbi ſic ait: Hæc igiť tria, memoria, intelligentia, & uoluntas, quoniã nõ ſunt tres uitæ, ſed una uita, nec tres mentes, ſed una mens, conſequenter utique nec tres ſubſtãtię ſunt, ſed una ſubſtãtia. Et ſubdit quod uita, mens, & ſubſtantia, non dicuntur relatiuè, ſed ad ſeipſas. Memoria uerò, intelligentia, & uoluntas relatiuè dicũtur. Videtur enim Auguſtinus uelle, quod memoria, intelligentia, & uoluntas, ſint idem quod eſſentia animę, & quod non differant ab eſſentia animæ, niſi inquantum eſſentia animę dicit aliquid abſolutum & in ſe, memoria uerò dicit aliquid relatum ad memorabilia, intelligentia uerò ad intelligibilia, uoluntas autem ad uolibilia. Secundum hoc igitur eſſentia animæ (ut conſideratur in ſe, & abſolutè) nec meminit, nec intelligit, nec uult, ſed, ut refertur ad memorabilia, meminit, ut refertur ad intelligibilia, intelligit, ut refertur ad uolubilia, uult. Dicamus ergo ſequendo hunc modum, quod ſicut eſſentia animæ, in ſe & abſolutè cõſiderata, nec meminit, nec intelligit, nec uult, & tamen eſſentia animæ eſt memoria quæ meminit, & intelligentia quę intelligit, & uolũtas, quæ uult, ſic & diuina eſſentia, in ſe & abſolute conſiderata, nec gignit, nec gignitur, neque

Aug. 15. de trin. cap. 14.

Solutio primæ rõnis Ioachim.

Auguſt. ſuper Gen. ad literã. lib. 9.

Nihil põt eſſe ſeparatũ a diuina eſſentia.

Quõ Deus trinus & vnus, ab anima noſtra repreſentatur.

Auguſt. 10. de trin. cap. 11.

procedit,& tamen ipſa diuina eſſentia eſt pater qui gignit,& diuina eſſentia eſt filius, qui gignitur,& diuina eſſentia eſt ſpiritus ſanctus,qui pcedit,vt planè dicitur in litera. Notandum etiã, quod licet ſit difficile intelligere diuinam eſſentiam non generare,& ipſam diuinam eſſentiam eſſe patrem,qui generat,attamen in creaturis reperimus ſimile. Nam ſpecies prędicatur de indiuiduis,dicimus enim quod Sortes eſt homo, & quod homo eſt ſpẽs,& tamen non valet quod Sortes ſit ſpecies:ſic diuina eſſentia eſt pater, & pater generat,non tamen poſſumus inferre qđ diuina eſſentia generet. Sicut ergo ſortes nõ eſt ſpecies,ſed ſortes eſt homo,qui eſt ſpecies,ſic diuina eſſentia non generat,ſed diuina eſſentia eſt pater,qui generat,& diuina eſſentia non gignitur,ſed diuina eſſentia eſt filius,qui gignitur, & diuina eſſentia non procedit,ſed diuina eſſentia eſt ſpiritus ſanctus,qui procedit. Diuina ergo eſſentia,nec gignit,nec gignitur,nec pcedit, quia dicit aliquid abſolutè & in ſe.prędicatur tamẽ diuina eſſentia de tribus perſonis, & eſt ipſę tres perſonæ,quibus competit gignere, gigni, & procedere.Deinde cum dicit:(Pater enim ab ęterno,) Hanc poſitionem roborat et affirmat dicens, quod hę tres perſonę, licet differant perſonaliter,ſunt tamen idem ſecundum ſubſtãtiam dicens:Pater enim ab ęterno filium generando,ſuam ſubſtantiã ei dedit,iuxta quod ipſe

Io.x. filius teſtatur dicens.Pater quod dedit mihi maius eſt omnibus: ac ſi diceret Pater dedit mihi ſuam ſubſtantiam,& ſuam eſſentiam, quę quid maius & excellentius omnibus eſt. Et ſubdit. Quod dici nõ poteſt quod pr̃ dederit illi, idest filio, partem ſubſtãtię,& partem ſibi retinuerit, cum ſubſtãtia patris ſit indiuiſibilis, vtpote quia illa ſubſtãtia eſt oĩno ſimplex.Sed nec ẽt dici poteſt quod pater ſubſtãtiam ſuam tranſtulerit in filium generando ipſum, quod ſic eam dederit filio,quod non retinuerit eam ſibi,quia ſic pater deſiiſſet eſſe ſubſtantia,& quia hoc ſtare nõ poteſt patet quod ſine vlla diminutione filius naſcendo accepit patris ſubſtantiam,& ita pater & filius habẽt eandem ſubſtantiã,& ſic eadem res, ideſt eadem ſubſtantia,eſt pater,& filius, necnõ & ſpiritus ſanctus ab vtraq; procedẽs,(ſupple) eſt eadem res,& eadem ſubſtantia cum patre &

Rõ quare pater,filius et ſpiritus ſctũs ſunt vna res oĩno. filio.Notandũ autem vim rationis huius in hoc conſiſtere, quod pater ſuam ſubſtantiam communicat filio,quia generat filium de ſua ſubſtantia. Vel ergo pater dat filio totam ſubſtantiam ſuam,vel partem:non poteſt dici,quod det ſibi partem,quia illa ſubſtãtia eſt omnino ſimplex, non habens,partem & partẽ. Dat ergo ſibi totam,vel ergo pater ita dat filio totam ſubſtantiã ſuam,quod nõ retineat eam ſibi, vel totam dat, & totam retinet,non poteſt dici quod pater ita det ſubſtantiam totam filio, quod non retineat eam ſibi,quia tunc pater deſineret eſſe ſubſtantia,ex quo totã amitteret ſubſtantiã ſuam, & per conſequens deſineret eſſe:quod eſſet abſordiſſimum.Relinquitur ergo quod pater totam ſubſtantiam ſuã quã dedit filio, totam illam eandẽ etiam ſibi retineat.Habent ergo eandẽ ſubſtantiam,& eandem eſſentiam,pater & filius: & qđ dictum eſt de patre reſpectu filii,intelligendum eſt de patre & filio, reſpectu ſpiritus ſancti.Nã ſicut pater generando filium cõmunicat ei eandem ſubſtantiam,quã habet,& eſt vna & eadẽ ſubſtantia patris,& filii,ſic pater,& filius ſpirando ſpiritum ſanctum, cõmunicant ei eandẽ ſubſtantiam,quam hñt.& illam eandem totam ſibi retinent,& ita eſt vna & eadem ſubſtantia trium perſonarũ,& ſunt vna res,& vna ſubſtantia tres diuinę perſonę.Deinde cum dicit (Cum ergo veritas.) Soluit rationes & argumenta,per quę Ioachim ſuam poſitionem affirmabat dicens. Cum ergo veritas pro ſuis fidelibus orat ad patrem: Volo,inquit,pater,vt ipſi ſint vnũ in nobis,ſicut & nos vnum ſumus. Hoc nomen vnũ non accipitur ſecũdum eandem rationem, put dicit vnitatem in perſonis diuinis,& prout dicit vnitatem in chriſtifidelibus.Quia prout in ipſis fidelibus accipitur,dicit vnitatem in charitate & gratia,ita quod ſit ibi vnio charitatis & gratiæ. In perſonis verò diuinis accipitur vnum vt attendatur idemptitatis vnitas in natura,quemadmodum alibi veritas ait:Eſtote perfecti,ſicut & *Matth.v.* pater veſter cęleſtis pfectus eſt.Orat ergo chriſtus,vt ſimus perfecti ſicut & pater, & tamen cõſtat quod impoſſibile eſt,quod vniuocè & ſecũdum eandem rõnem dicatur perfectio de nobis, et de deo patre,quia deo patri competit pfectio per naturam,noſtra aũt perfectio eſt per grãm. Ideo ſubdit in litera, quod hoc dictum eſt, ac ſi manifeſtius diceret:Eſtote perfecti, perfectiõe gratiæ,ſicut pater veſter cęleſtis pfectus eſt, perfectione naturę.Vtraq; enim perfectio ſuo modo eſt intelligẽda,quia inter creatorem, & creaturam nõ põt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda. Notãdum autem quod inter omnia argumenta, argumentum à ſimili eſt viliſſimum,quia nunquã eſt ſimilitudo per oẽm modum,quia ſi per oẽm modum eſſet ſimile,iam nõ eſſet ſimile, ſed eſſet idem, & maximè vile eſt argumentum à ſimili in ſimilitudine, quę eſt inter deum & creaturã, quia vt tangitur in litera ,inter creatorẽ & creaturam, non poteſt tanta ſimilitudo notari,quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda.Cum ergo dicitur,quod orabat Chriſtus, quod nos eſſemus vnum ſicut ipſe & pater vnum ſunt,nõ oportet quod illud ſicut, ſit per omnem modũ ſimile,nec quod vnitas quę eſt in nobis, ſit per omnem modũ eadem cum vnitate,quę eſt inter patrem & filium,quia pater & filius ſunt vnum in ſubſtantia,& natura,nos autem ſumus vnum in charitate & gratia.Quod autẽ addebat Ioachim,quod pr̃,& filius, & ſpiritus ſanctus ſunt vnum,ſicut ſpiritus,aqua,& ſanguis,ſunt vnum,

Argumentum à ſimili eſt viliſſimũ,et quare.

Solutio ad alias rõnes Ioachim

ideſt

ideſt vniuntur in hoc,& dant hoc vnum teſtimonium, quia chriſtus non fuit purus homo. Quantum ergo ad hoc eſt ſimile, non autem quantũ ad illud ad quod deducebat Ioachim, volens per hoc oſtendere, quod tres perſonæ diuinæ non ſint vna ſubſtãtia,nec vna res, ſicut ſpiritus,aqua,& ſanguis non ſunt vna ſubſtantia,nec vna eſſentia,nec vna res. Deinde cum dicit.(Siquis igitur,)Damnat omnes tenentes ſententiam Ioachim. Circa quod duo facit. Quia primo facit quod dictum eſt. Secũdo ex eo qđ Ioachim errauit,non vult.D.Papa quod derogetur illi monaſterio cuius erat Abbas.Ibi. (in nullo tamen).Dicit ergo.(Siquis igitur ſententiam,vel doctrinam præfati Ioachim, in hac parte, defendere,vel approbare præſumpſerit, tãquam hęreticus ab omnibus habeatur.)Deinde cum dicit.(In nullo tamen.)Oſtendit quod ꝑpter errorem Ioachim non vult derogare inſtituto,& obſeruantiæ illius monaſterii,cui dictus Ioachim præerat, dicens: In nullo tamen propter hoc(ideſt ꝑpter errorem Ioachim)florentino monaſterio, cuius ipſe Ioachim extitit inſtitutor, volumus derogari, quoniam ibi & regularis eſt inſtitutio,& obſeruantia ſalutaris. Licet ergo Abbas Ioachim in hoc errauerit,tamen ꝗa ipſe in ſuo monaſterio bonas inſtitutiones,& regulares fecit obſeruãtias, nõ vult D.Papa quod ꝑpter errorem ſuum derogetur illi monaſterio,& tollantur illę inſtitutiones,& illæ obſeruantiæ,quæ bonę erant & regulares. Et maximè,vt ait. D.Papa, cũ ipſe Ioachim nobis omnia ſcripta ſua aſſignari mandauerit apoſtolicæ ſedis iudicio approbanda,ſeu etiam corrigenda,dictans epiſtolam, quam ꝑpria manu ſubſcripſit, in qua firmiter cõfitetˀ ſe illam fidem tenere quam Romana tenet eccleſia, quæ (diſponente domino)cunctorum fidelium mater eſt,& magiſtra. Notandum aũt quod licet Ioachim errauerit in his quæ ſunt fidei, non tamẽ propter hoc dicẽdũ eſt quod fuerit proprie & vere hæreticus,ꝗa ad hoc ꝙ aliquis ſit vere hæreticus,nõ ſufficit qđ in eius intellectu ſit error, in attinentibus ad fidẽ,ſed etiam requiritur qđ circa talem errorem ſit pertinacia in eius voluntate. Quæ quidem pertinacia non videtur fuiſſe in ipſo Ioachim,quia,vt dicitˀ in litera,ipſe per epiſtolam ſuam omnia ſcripta ſua aſſignari mandauit apoſtolicę ſedis iudicio approbãda, ſeu etiam corrigenda. Firmiter confitendo ſe illam fidem tenere,quã Romana tenet eccleſia. Et quia etiam ipſe Ioachim Romanæ eccleſiæ ſe ſubiecit, Dñs Papa vult bonas obſeruantias, quas ipſe Ioachim inſtituit,obſeruari,& in nullo vult eis derogari. Sciendum eſt etiam quod Romana eccleſia eſt cunctorum fidelium mater & magiſtra, quia Petri ſedes in toto terrarũ orbe eſt omnium aliarum ſedium prima,& cunctorum aliorum iudex,& ideo ad ipſam pertinet de omnibus iudicare & pręſertim circa ea quæ ſunt fidei,& quæ pro vniuerſali ſtatu eccleſie conſeruando vel augendo conferre videntˀ. Deinde cum dicit.(Reprobamus etiam.) Reprobat,& cõdẽnat doctrinam Almaricii cuius dogma non ſolum erat hæreticum, ſed etiã inſanum,dicens.(Reprobamus etiam,& condẽnamus peruerſiſſimũ dogma impii Almaricii. Cuius mentem,ſic pater mendacii excecauit,vt eius doctrina non tam hęretica,ꝗ̃ inſana ſit cenſenda.) His ergo erroribus atq; aliis per dominum IESVM Chriſtum à noſtris mentibus excuſſis in æterna patria illam Dei veram veritatẽ,reuelata facie,ſpeculari poſſumus. Quod nobis præſtare dignetur dominus noſter IESVS Chriſtus Dei filius,qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt vnus Deus Benedictus, in ſęcula ſęculorum. Amen. Finis.

24.q.3.c.dixit Apoſtolus.

9.q.3.c.aliorũ.c.cũcta per mũdũ. Diſtin.40.c.ſi papa De baptiſm.c. maiores.

Explicit expoſitio ſuper capitulum firmiter de Summa trinitate & fide catholica edita a. D. AEgidio Romano, Bituricenſi archiepiſcopo ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini.

EXPOSITIO. D. AEGIDII

Romani, Archiepiſcopi Bituricenſis, ordinis fratrum Eremitarum. S. Auguſt. ſuper cap. cum Marthæ, de Celeb. Miſſarum, hactenus nondum impreſſa.

Magiſtro Fabiano de Genua correctore.

AVM Marthæ, & infra, quæſiuiſti), etc. Poſt expoſitionem illius decretalis, quę ſic incipit. (Firmiter credimus). Quæ de fide catholica, & ſumma trinitate intitulatẽ, requiſitus à dominis & amicis, propoſui hãc decretalem de canone miſſę exponere, quam Innocentius tertius Archiepiſcopo Lugdunenſi dicitur tranſmiſiſſe. Ad cuius euidentiam aduertendum eſt. Quòd circa canonem miſſæ, & circa ea quę ſunt canoni admixta, quantũ ad pręſens ſpectat, poſſet aliquis tripliciter dubitare. Primo de additione. Secundo de conuerſione. Tertio verò de mutatione. Nam formæ verborum à chriſto traditę aliquid videẽ eſſe additũ. Et cum illa forma verborum in euangeliis contineatur, dubium eſt, quare, ſecundum illa verba Canonis miſſę, illi formæ aliqua ſint addita, & aliqua ſint admixta, quæ in Euangeliis minime continentur. Secunda dubitatio oritur de ipſa conuerſione. Nam per verba à ſacerdote rite prolata, cõuertitur ſubſtantia panis, in verũ corpus chriſti, & ſubſtantia vini, in verũ ſanguinẽ eius. De ſubſtãtia autẽ panis & vini in quid conuertatur, non videẽ eſſe ambiguum, ſed de ſubſtantia aquæ, quæ vino apponitur. Vtrum ſcilicet ipſa aqua ſecundum ſubſtantiã ſuam remaneat intranſmutata, vel in quid conuertatur, dubium eſſe videẽ. Tertia dubitatio colligitur, quia circa ſecretas quę ad canonẽ ordinanẽ, & maximè circa ſecretam, quæ à Sancto Leone fuit edita, eſt aliquid immutatum. Archiepiſcopus igitur Lugdunenſis de omnibus his dubitans, ſedem Petri ad quam pertinet maiores cauſas, & præſertim articulos fidei, & ea quæ ad articulos ordinanẽ, decidere, conſuluit, ne in ipſis vlterius vacillaret.

Maiores cauſæ a ſede Petri ſunt decidẽdæ Rub. de baptiſmo. c. maiores.

Igitur ſecundum has tres dubitationes, tota hæc decretalis principaliter diuiditur in partes tres. Primo enim pręmittitur & ſoluitur quæſtio de additione. Secundo de aquæ conuerſione. Tertio de ſecretę immutatione. Secũda ibi, (Quæſiuiſti ẽt, vtrum aqua.) Tertia ibi. (Tertio loco fraternitas tua requiſiuit.) Circa primum tria facit, quia primo de additione formę quæſtionem præmittit. Secũdo eam ſoluit. Tertio ex ſolutione, intentã veritatẽ concludit. Secunda ibi. (Sanè multa tam de verbis.) Tertia ibi. (Credimus ergo quod forma.

In proponendo autẽ quæſtionem de additione formæ, tria facit. Quia prĩo hmõi quæſtionem proponit. Secundo qõnem propoſitã exponit. Tertio qõnem præpoſitam, & expoſitã fortificat. Secunda ibi. (Cum enim in euangelio.) Tertia ibi. (Vnde cum non euangeliſta.) Dicit ergo. (Cum Marthe. & infra. Quæſiuiſti, quæ ſit forma verborum, quam ipſe chriſtus expręſſit, cum in corpus & ſanguinem ſuum panem tranſubſtantiauit, & vinum, illud in Canone miſſæ, quo eccleſia vtitur generalis adiecerit, quod nullus euangeliſtarũ legitur expreſſiſſe.) Notandum aũt quod cum non conuertatur panis in corpus, & vinũ in ſanguinem, niſi virtute verborum, quæ chriſtus nobis tradidit, & cum illa forma verborũ ſit ab euangeliſtis expreſſa, valde mirabile videẽ, quod illi verborum formæ, aliquid addatur, vel admiſceatur, de quo euangeliſtæ mentionẽ non faciant.

Apocalip. cap. vltimo.

Notãdum etiã, quod cum in libro Apocalipſis ſic cõtineatur: Si quis appoſuerit ad hęc, (ideſt ad ea quæ ſcripta ſunt in ſacro Canone bibliæ) apponet deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Videẽ igitur quod ſacræ ſcripturæ non ſit aliquid addendum, vel apponendũ. Ideo rectè dubitabat archiepiſcopus Lugdunenſis, videns quod in Canone miſſæ aliquid continebatur, præter id quod euangeliſtæ dixerunt.

Duobus modis aliquid addi poteſt ſacræ ſcripturæ.

Notandum aũt quod aliquid addi ſcripturæ ſacræ poteſt fieri ſanè; & prauè. Nã addere aliquid contrarium, & ad deprauationẽ, eſt prauum, & facienti ſic, addet ſup illum dñs plagas peſſimas. Sed addere aliquid expoſitoriũ, & ad elucidationem, eſt bonũ, & meritorium, & ſic facientes non conſequentur plagam peſſimã. Iuxta illud eccleſiaſtici: Qui elucidant me, vitã ęternam habebunt.

Eccleſ. 24.

Deinde cum dicit. (Cum enim in euangelio: (exponit qõnem propoſitam, oſtendens quid ſit illud quod additur in canone miſſæ, qđ nullus euangeliſtarũ expreſſit dicens. (Cum. n. in euangelio ſic legatur: Accipiens calicem gratias agens bñdixit, & dedit diſcipulis ſuis dicens: Bibite ex hoc oẽs. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro vobis, & ꝑ multis effundetur in remiſſionem peccatorum. In canone miſſæ ſermo iſte, videlicet, myſterium fidei, verbis ipſis interpoſitus inuenitur.)

Matth. 26.

Notandum autem quod cum euangeliſtæ referentes formam verborum à chriſto traditam, nullam mentionem faciant de myſterio fidei: oritur qõ, quare in canone miſſæ ſit additum & interpoſitũ.

Aliquid eẽ de forma verborũ dupliciter põt intelligi.

Notandum etiã quod aliquid eſſe de forma cõuerſionis, põt intelligi dupliciter, videlicet, de congruitate, vel de neceſſitate. De neceſſitate autem dicitur illud eſſe de forma cõuerſionis, ſine quo non fit conuerſio. Vnde de forma cõuerſionis panis, ſunt quatuor verba tantum, videlicet, Hoc eſt corpus meum. Quia ſi aliquod iſtorũ verborum prætermitterẽ non eſſet ſacramentum, & non fieret conuerſio panis in corpus.

Si autem ſolum iſta verba à ſacerdote proferan
tur cum intentione conficiendi, vt cõmuniter
ponitur, fieret conuerſio panis in corpus chri
ſti, & virtute illorū verborū, ſub ſpeciebus illis,
ſub quibus erat vera ſubſtantia panis, inciperet
eſſe vera ſubſtantia corporis chriſti. De cõgrui
tate vero eſt quodãmodo totum illud de for-
ma, quod ordinauit eccleſia eſſe dicendum. In-
de eſt ergo quod cum ſacerdos cõficit, ait: Hoc

Grauiter pec- can: qui eccle ſiæ catholicæ decreta præ- termittunt.

eſt enim corpus meum. Et qui prætermitteret
dicere. Ly enim, grauiter peccaret, cum eccleſia
ſic ordinauerit ſiue ſtatuerit. Notandum etiam
quod cum in euangelio vbi hęc verborum for
ma recitatur, non ſit ibi enim, ſed ſimpliciter di-
catur, hoc eſt corpus meum, colligit̄ quod ly
enim, non ſit de forma quantū ad neceſſitatem,
ſed quantū ad cõgruitatem. Dicitur autē quod

Verba quæ ſunt de forma ſacramēti non non ſolū ſunt ſignificatiua, ſed ēt effecti- ua.

beatus Petrus hoc addiderit. Notandum etiam
quod verba illa, quæ ſunt de forma, nõ ſolum
ſunt ſignificatiua, ſed etiam factiua, & effectiua.
Nam cum à ſacerdote cum intētione conficien
di dicitur, hoc eſt enim corpus meum, non ſo-
lum per hęc verba ſignificatur quòd ibi ſit cor
pus Chriſti, ſed etiam virtute horum verborū
efficitur, quòd ibi ſit corpus hmõi. Notandum
etiam quod proferre verba, vt ſunt ſignificati
ua, eſt hominis vt homo. Nam ex inſtitutione
noſtra habent verba qđ ſignificent. Cuiuſlibet
ergo hominis, vt homo, eſt proferre verba, vt
ſunt ſignificatiua rerum, ſed proferre verba vt
ſunt factiua, & effectiua non eſt hominis vt ho
mo, ſed vt homo innititur diuinæ virtuti, & vt
eſt ei ſupernaturaliter aliqua virtus, vel potētia
diuinitus collata. Nam de deo dictum eſt, quod
ſuum dicere eſt ſuū facere. Iuxta illud Pſalmi:

Pſal. 148.

Dixit & facta ſunt. Quod ergo in perſona chri
ſti dicendo hæc verba, hoc eſt .n. corpus meū,
ita fiat, & ita efficiatur, non poteſt hoc eſſe p hu
manam potentiam, quia homini nõ competit,
quòd ſuum dicere ſit ſuum facere, nec quòd di-
cat & facta ſint, ſed per diuinam potentiã homi
ni diuinitus collatam. Quæ ſanè potentia, eſt
tantum ſacerdotalis, & per ſacramentū ordinis,
imprimitur à Deo in animã ſacerdotis, qui ſm
claues eccleſiæ rite fuerit ordinatus. Et quia ſo

Soli ſacerdotes habēt ptãtem conficiendi eu chariſtiæ ſacra mentū. cap. cū marthæ. de ce leb. miſſ.

li ſacerdotes habent caracterem ſacerdotalem,
ſoli ſacerdotes hñt poteſtatem cõficiendi. Alii
ergo homines pñt proferre illa verba, vt ſunt
aliquid ſignificatiua, ſed non vt ſunt effectiua.
Nam non ſacerdos illa verba proferens, per ea
poterit aliquid ſignificare, nihil tamen faciet, &
nihil conficiet. Sed illa verba à ſacerdote prola
ta (vt dictum eſt) non ſolum ſunt ſignificatiua,
ſed etiam effectiua, & factiua. Notandum etiam
quod ly enim (vt dicebatur) licet non ſit de for
ma quantum ad neceſſitatem, eſt tamen quan-

In confectione corporis chri ſti, cõgrue di citur ly, enim.

tum ad congruitatem. Quod dupliciter poteſt
oſtendi. Primo quia ſic ſtatuit ſacroſancta eccle
ſia. Secundo quia (vt dictum eſt) verba illa non
ſolum ſunt ſignificatiua, ſed etiam cauſatiua, &
factiua. Congruè igitur dr̄: Hoc eſt enim cor-
pus meum, & cõgruè additur, ly enim quæ eſt
coniunctio cauſalis. Vt ergo ſciremus quid eſt
addi formæ verborum, de quo in decretali fit
mentio, oſtendimus, quid eſt eſſe de forma, &
quid non eſt eſſe de forma. Et declarauimus
quomodo aliquid eſſe de forma dupliciter põt
intelligi & exponi. Deinde cum dicit. (Vñ cum »
non euangeliſta.) Quęſtionem propoſitam & »
expoſitam fortificat dicēs. (Vnde cum nõ euan »
geliſta chriſtum hoc dixiſſe teſtetur, miraris qđ »
aliquis aſſeuerare tētauerit, eum aliquid plus di- »
xiſſe, quam aliquis euangeliſtarū aſſereret,) & »
ſubdit. (Verum ſi formam ipſius canonis inſpi- »
cias diligenter, præter hoc de quo tua fraterni- »
tas requiſiuit, alia duo videlicet, eleuatis oculis »
in cęlum, & æterni teſtamēti, poteris in ipſo ca- »
none reperire, quæ in textu euangelico nõ le »
guntur. Notãdum aūt quod hæc quęſtio pro- »
poſita dupliciter poteſt fortificari. Primo enim
eo ipſo quod euangeliſtę nõ faciunt mentionē
de myſterio fidei, valde dubium eſt, quis fuerit
tantæ audaciæ quod præſumpſerit dicere chri
ſtum in tradēdo formam huius ſacramēti feciſ-
ſe mentionem de myſterio fidei. Secundo forti
ficat̄, Quia in canone miſſæ dicit̄ quòd xp̄s, ele
uatis oculis in cęlum, protulerit illa verba, quę
ſunt de forma ſacramēti, cum tamē de eleuatio
ne oculorum in euangelio nihil habeat̄. Rur
ſus in confectione ſanguinis dicit̄. Hic eſt calix
ſanguinis mei noui & æterni teſtamēti, cum ta-
men in euangelio nõ dicatur noui & æterni te-
ſtamēti, ſed noui teſtamēti tm̄. Omnia ergo hęc
qõnem propoſitam fortificant, quare videlicet
hæc interponantur in canone miſſę, de quibus
non fit mentio in euangelio. Notandum autē
quod accipiendo eſſe de forma, illud quod eſt
de neceſſitate, ſine quo non fit ſacramentū, di-
cere poſſumus quod in verbis in canone miſſæ
expreſſis, aliquid eſt de forma, aliquid verò an-
tecedens formã, aliquid autem conſequens for
mam, & aliquid interpoſitum formæ. Nam de
forma ſacramenti (quantū ad confectionē cor
poris, vt dicebatur) eſt ſolum, hoc eſt corpus
meum. Verba ergo præcedētia videlicet, eleua
tis oculis in cęlum, ſunt antecedētia formã, ver
ba autē ſequentia videlicet, hæc quotienſcunq;
feceritis, etc. ſunt cõſequētia formam. Verbū ve-
rò interpoſitum, eſt ly, enim. Hoc igitur aduer-
bium, enim, eſt interpoſitum formæ. Notandū
etiam quod de forma cõfectionis corporis, nõ
ſunt opiniones inter doctores, oēs enim conce
dunt, quòd de forma huius ſacramenti (quantū
ad confectionē corporis) eſt: Hoc eſt corpus
meum. Sed de forma confectionis ſanguinis,
ſunt duo modi dicendi. Nam quidam dicunt,
quòd ſolum hoc eſt de forma. Hic eſt calix ſan
guinis mei, aiunt enim, quod ſicut quantum ad
confectionem corporis, qñ ſacerdos cū inten-
tione conficiendi ſolū hæc verba dicit, Hoc eſt

corpus meum, incipit ſub ſpeciebus panis eſſe corpus chriſti, ita quantū ad confectionem ſanguinis, ſi ſolum hæc verba dicat: Hic eſt calix ſanguinis mei, ſub ſpeciebus illius vini, ſup quo hæc verba dicunt̃, ſtatim incipit eſſe verus ſanguis chriſti. Quidam verò volunt totū hoc eſſe de forma, videlicet: Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamẽti myſterium fidei, q pro vobis & pro multis effundet̃. in remiſſionẽ peccatorum. Dicunt.n. quod niſi hoc totum dicat̃, non conficitur ſanguis chriſti. Notandum etiā, quod (vt poteſt patere per iam dicta) hęc forma verborū tradita in canone miſſæ, in tribus differt à forma verborum tradita in euangelio. Primo quia in canone miſſę dr̄, chriſtum protuliſſe iſta verba: Eleuatis oculis in cęlū, de quo in nullo euāgeliorum aliquid tangitur. Secundo quia in canone miſſæ dicit̃: Hic eſt calix ſanguis mei noui, & æterni teſtamenti, in nullo autem euangeliorum habet̃, noui & æterni teſtamenti, ſed noui teſtamenti tantum. Tertio quia in canone miſſæ addit̃, myſterium fidei, de quo in nullo euāgeliorū fit mentio. Tres ergo additiones facit canon miſſę ſupra textū euāgeliorū. Quarū vna eſt de eleuatiōe oculorū. Scd̄a de ęternitate teſtamẽti. Tertia de myſterio fidei.

Forma verborum in canone miſſe tradita, in tribus differt a forma verborū tradita i euāgelio.

SANE' multa etc.) vt dicebat̃, hic ſoulit quæſtiones & dubitationes ortas ex huiuſmodi additionibus. Circa quod duo facit. Quia primo facit quod dictum eſt. Secundo remouet errorẽ qui poſſet habere ortum ex dictis, ibi. (Ex eo autem verbo.) Circa primū tria facit, ſecundum quod tres dubitationes ſoluit. Nā primo ſoluit dubitationem ortā ex additione tertia, videlicet, ex myſterio fidei. Secundo ortam ex additione prima, videlicet, ex eleuatione oculorū. Tertio ex additione ſecunda, videlicet, ex æternitate teſtamenti. Secūda ibi. (Cæterum ea quę adduntur). Tertia ibi. (Cæterum ſicut ſuperius.) Notandum autem quod hic ordo videt̃ eſſe præpoſterus, cum primo ſoluatur dubitatio orta ex additiōe tertia, quā ex additionibus aliis. Eſt tamen neceſſario cōmutatus. Quia decretalem iſtam compoſuit Innocentius, vt ſatiſfaceret dubitationi Archiepiſcopi Lugdunēſis. Ille autem Archiepiſcopus non dubitauit, nec Apoſtolicam ſedem conſuluit, niſi de tertia additione, ſcilicet de myſterio fidei. Admirabatur enim quod in canone miſſæ in forma verborū, per quam ſanguis chriſti conficitur, addat̃ myſterium fidei, de quo in nullo euangeliorum fit mentio. Sed. D. Papa volens eius dubitationem fortificare & ampliare, vt eā poſtea validius ſolueret, ait in canone miſſæ eſſe additiones alias, pręter additionẽ illam, de qua Archiepiſcopus dubitabat. Primo ergo ſoluitur dubitatio orta ex additione tertia, quia de ea ſpecialiter ſedes apoſtolica per pręfatum Archiepiſcopum fuit requiſita. In ſoluēdo ergo hanc dubitationem tria facit, ſecundum quod tripliciter ſoluit eam.

Nam primo ſoluit ipſam per ea quæ dicit Paulus in actibus Apoſtolorū. Secundo per ea quę ſcripſit in epiſtola ad Corinthios. Tertio p ea, per quæ ipſi euangeliſtæ ſe mutuo ſuppleuerunt. Secūda ibi, (Nullus etiam horum expreſſit.) Tertia ibi. (Ipſi etiam euangeliſtæ.) Notandum autem vt magis pateat ſolutio dubitationis adductæ, quod ratio Archiepiſcopi, & dubitatio eius procedebat ex falſis. Intendebat enim ſic arguere. Si additio facta in canone miſſæ de fidei myſterio eſſet vera, fieret de ea mentio in aliquo euangeliorum, ſed in nullo euangeliorum fit mẽtio aliqua de myſterio fidei, ergo, etc. Soluere itaq; hanc dubitationem eſt oſtendere multa feciſſe, & dixiſſe IESVM quæ in nullo euangeliorum cōmemorantur. Iuxta illud Ioannis: Sunt autẽ & alia multa, quę fecit IESVS, quæ ſi ſcribātur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribẽdi ſunt, libros. Hoc eſt ergo quod ait. (Sanè multa tam de verbis, quam de factis dominicis inuenimus ab euangeliſtis omiſſa, quæ apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo, vel facto expreſſiſſe leguntur. Paulus enim in actibus Apoſtolorum ſic ait: Meminiſſe nos oportet verbi dñi Ieſu, q dixit, Beatius eſt dare quam accipere. Hoc nullus quatuor euangeliſtarum deſcripſit.) Notandum aūt vim ſolutionis huius in hoc conſiſtere. Quod ſicut IESVS Chriſtus protulit hæc verba, beatius eſt dare, quam accipere, & tamen nullus euangeliſtarum illa recitat, ſed omittit, & tamẽ ea ſuppleuit apoſtolus, ſic qđ additur in canone miſſæ de myſterio fidei, verè fuit à chriſto prolatum, ſed euangeliſtis non facientibus de hoc mẽtionem aliquam, quod illi omiſerunt, apoſtoli ſuppleuerunt. Notandum etiā quod ſicut Chriſtus aliqua docuit facto, & exemplo, quia omnis chriſti actio noſtra eſt inſtructio, ipſa enim facta chriſti, & non ſolum verba, nos inſtruunt, qualr̄ debeamus nos gerere in agendis, docuit ergo chriſtus verbo & facto, ſic & Apoſtoli verba & facta chriſti ab euangeliſtis omiſſa, potuerunt ſupplere verbo, vel exprimere facto. Notandum etiam, quod beatitudo repellit à ſe omnem indigentiam, et includit in ſe non ſolū ſufficientiam, ſed etiam quandam redundantiā, & plenitudinem. Nam ſecundū Boetium: Beatitudo eſt ſtatus omniū bonorū aggregatione pfectus. Et philoſophus primo Ethicorū ait: Quod felicitas eſt terminus operatorū, perfectum & per ſe ſufficiens bonū. Non ergo eſſet beatitudo ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, nec perfectū, nec per ſe ſufficiens bonum, niſi haberet in ſe, ne dum ſufficientiam, ſed etiam plenitudinem, & redūdantiam. Cum ergo indigentiū ſit recipere, habentium verò plenitudinẽ ſit dare, bene dictum eſt, quod beatius eſt dare quàm accipere. Notandum etiam quod ex hoc verbo videt̃ derogari paupertati. Nam ex eo videtur ſequi

Ioan. vlti.

Act. 20.

Omnis chriſti actio noſtra ē inſtructio.

Apoſtoli verba et facta chriſti ab euangeliſtis omiſſa potuerunt ſupplere verbo vel exprimere facto.

Boetius lib. 3. de Phiſica conſol. proſa. 2.

Ariſt. 1. Ethi. ca. 7.

quod

quod nõ ſit euangelizanda, & prædicanda paupertas, cum pauperes non poſſint dare, ſed diuites. Dicendum ergo quod paupertas non facit ad perfectionẽ vitæ, niſi ſpiritu Dei ſit. Dicũtur enim pauperes beati, non quocũq; modo, ſed pauperes ſpiritu: qui, ſcilicet, ſpiritu dei ducti, vt chriſtũ perfectius ſequanẽ, renuntiant oĩbus quæ poſſident, effecti pauperes quantũ ad bona temporalia, diuites verò, quantum ad bona ſpiritualia: Quare tãto ſunt beatiores aliis, quãto ſpũalia ſunt temporalibus potiora. Notandum etiã quod ex hoc aliqui dubitauerunt, qa ſi renuntiare facit ad perfectionem iuxta illud. Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, &c. & hoc eſt, vt quidã dicunt, qm̃ habere ꝓpriũ facit ad imperfectionẽ, quia homines intenti tẽporalibus, non poſſunt ſic libere circa ſpũalia vacare. Sed contra hoc obiicitur à quibuſdã. Quia, vt dicunt, hoc eſſet verum, ſi aliquis haberet diuitias in exceſſu, quoniam ſi multus eſſet exceſſus diuitiarũ, forte requireret tantam curam quod impediret contẽplationis otium. Hoc etiam modo, aiunt, contingeret ſi aliquis nihil penitus haberet, & eſſet pauper in exceſſu, quia ſi multus ſit paupertatis exceſſus, fortè requiret tantam curam, vt inueniatur victus, ad ſuſtentationẽ corporis, qđ præſtabitur impedimentũ ne liberè vacetur circa diuina. Propter quod dici poteſt, quòd habere proprium, facit ad imperfectionem charitatis. Quia de charitate ait Apoſtolus, quòd nõ quærit quæ ſua ſunt, quod Auguſt. exponens ait: Quia cõmunia propriis anteponit. Habere igitur in cõmuni facit ad perfectionem. Vtrum autem habere in cõmuni aliquo modo perfectionem impediat, & declarare qũo, & qualiter, & à quo impediatur, vel nõ impediatur pfectio, non patitur pñs opus. Deinde cum dicit. (Nullus etiam eorum.) Soluit prædictam dubitationem, per illud quod apoſtolus ſcripſit de Chriſto dicens.) Nullus autẽ eorum (ideſt euangeliſtarum) expreſſit de chriſto dicens: Deinde viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul, deinde viſus eſt Iacobo, nouiſſime aũt, tãquã abortiuo, viſus eſt & mihi.) Notandum autem vim ſolutionis huius eandem eſſe cum præcedenti. Eſt enim ſic ſupplenda hæc ſolutio, quòd ſicut illa viſio, ſecundum quã chriſtus poſt ſuã reſurrectionem viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul, vera fuit, & tamen non recitatẽ ab aliquo euangeliſtarum, ſed apoſtolus, quod illi omiſerant, ſuppleuit: ſic verbum illud de myſterio fidei, quod videtur eſſe additum in canone miſſæ, verè fuit à chriſto prolatum. Sed euangeliſtis de hoc nõ facientibus mentionẽ, quod illi omiſerunt, ſuppleuerunt apoſtoli. Notandum etiam apoſtolũ ſe vocare abortiuum, qa violentia quadam ſegregatus fuit ab vtero matris ſuæ, ideſt ſynagogæ. Sicut ipſe, de ſe ipſo, ſcripſit ad Galatas: Cum autem placuit ei, q me

Matth. 5.

Quæ paupertas ad vitæ perfectionẽ faciat.

Matth. 19.

Primæ co. 13

Auguſt. in regula habere in cõi facit ad perfectionem.

Primæ co. 15

Gal. 1.

ſegregauit ex vtero matris meæ. Sic etiam exponẽdum eſt, cum ſe dicit ſegregatum in euangelium dei, quia violentia quadam, & quaſi quodam terrore ſegregatus fuit, ab vtero mr̃is ſuæ, in hoc opus, vt prędicaret euangelium dei. Cũ ergo abortiuus fœtus cum quadam violentia ſe paretur ab vtero matris, merito Paulus ſe nominat abortiuum. Deinde cum dicit. (Vnde cum ipſi etiam euangeliſtę leguntur inter ſe mutuo ſuppleuiſſe, quæ ab eorũ aliquo, vel ab aliquibus ſunt omiſſa. Vnde cum tres euangeliſtę poſuerunt, Hoc eſt corpus meũ, ſolus Lucas adiecit, quod pro vobis tradetẽ. Et cum Matthęus, et Marcus dicant pro multis, Lucas dicit pro vobis, Matthęus autẽ in remiſſionem peccatorũ adiunxit.) Eſt ergo vis rationis huius. Quod ſi vnus euãgeliſta ſupplet id qđ alius omiſit, illud de myſterio fidei, qđ in canone miſſę dr̃ ab euãgeliſtis omiſſum, potuerunt ſupplere apl̃i. Potuiſſent ẽt hoc ſuppleuiſſe aliqui alii ſancti viri, ſi eis reuelatum fuiſſet. Tamẽ omnino credendum eſt, totam illam verborũ formam, in canone miſſę poſitam, tam in confectione corporis, quàm ſanguinis, fuiſſe à chriſto platam, & poſtea per ipſos apoſtolos de tota illa forma eccleſiam fuiſſe edoctam. Ita quod illud quod euangeliſtę omiſerant, apl̃i ſuppleuerunt. Notandũ autẽ quòd qa teſtimoniũ vr̃ eſſe fictum, qñ oẽs teſtes ſic cõcordant, qđ nihil dicit vnus, quod nõ dicat alius, quia vnũ & idem factum, à multis viſum, cũ poſtea enarratur, nõ ſm̃ fictã, ſed ſm̃ ſimplicẽ veritatem, aliqd ab vno omittitur, qđ ab alio ſuppletur: immo nunquam aliquod factum ſic completè narrari poteſt, vel de geſtis, vel de circũſtantiis, quin aliquid omittatur. Diuina igitur diſpenſatione factum eſt, quod ſi aliquid omiſit vnus, ſuppleret alius, & etiã quod multa ab omnibus ſint omiſſa, vt appareat eos locutos fuiſſe, nõ ſecundũ fictam, ſed ſecundũ ſimplicem veritatem. Deinde cum dicit. (Cæterum ea quæ adduntur. Soluit dubitationẽ ortam ex oculorum eleuatione dicens.) Cęterum ea quæ adduntur in canone miſſæ, (ſupple de eleuatione oculorũ,) poſſunt ex aliis locis euangelii comprobari. Ioannes enim ſuſcitationem Lazari deſcribens, Ieſum ſurſum oculos leuaſſe aſſerit, & dixiſſe: Pater gratias ago tibi, quoniã audiſti me. Ergo, ſi tunc in cęlum oculos leuauit ad patrem, cum ad corpus exanime animam Lazari reuocauit, probabilius eſſę videtẽ, quòd tunc oculos leuauerit ad patrẽ in cęlum, cum panem, & vinum in corpus, & ſanguinem proprium cõmutauit.) Notandum autẽ vim rationis huius in hoc conſiſtere, quòd quãuis euangeliſtæ non narrent Chriſtum oculos eleuaſſe in cęlum, qñ protulit illa verba, per quę fit tranſubſtantiatio panis in corpus, & vini in ſanguinem, ſed hoc enarretur in canone miſſæ: poſſumus tamẽ ex aliis locis euangelii ꝓbare ſic eſſe, vt in canone miſſæ dicitur. Quia ex euangelio

Rom. 1.

Oĩno credẽdũ eſt, totã verborũ formã in canone miſſæ poſitam, fuiſſe a chriſto platã.

Signũ ex diuina diſpẽſatiõe ꝙ ſancti Euangeliſtæ ſecũdũ ſimplicẽ veritatem ſcripſerint.

Ioan. 11.

Ioannis ſic habetur, quod Chriſtus eleuauerit oculos in cęlum, cum Lazarum ſuſcitauit. Credere igitur debemus, quod etiam leuauerit oculos in cęlum, cū panem & vinum in corpus & ſanguinem cōmutauit. Notandum etiam quod hæc ratio, prima facie, non videt̃ habere veritatem, quia non eſt manifeſtum & clarum quare potius debuerit chriſtus oculos leuare in cęlū, cum panem & vinum cōuertit in corpus ꝓpriū, & ſanguinem, quam cū Lazarū ſuſcitauit. Sciendum ergo quod dñs Papa intēdit arguere per locum à minori ſic. Si illud quod minus videt̃ in eſſe ineſt, & id quod magis, ſed minus videt̃ ineſſe quod Chriſtus debuerit oculos leuare in cęlum in ſuſcitatione Lazari, quam in hac beata conuerſione, ergo ſi eleuauit tunc, multo magis & nunc. Chriſtus itaq; proferens verba illa per quæ fit iſta beata conuerſio, protulit ea, eleuatis oculis in cęlum ad deum patrem omnipotentem, quāuis euangelia nō faciant aliquā mentionem. Notandū ēt quod cum dñs IESVS Chriſtus omnem poteſtatem quam habebat acceperit à patre, dignum eſt, quod tam in reſurrectione Lazari, quā in panis tranſubſtantiatione in corpus, & vini in ſanguinem, eleuauerit oculos ſuos in cęlum, ad deum patrem omnipotētem, à quo totum acceperat. In his enim quę requirunt magnam potentiā debent oculi eleuari ad deum patrem omnipotentē, cuius eſt magnam conferre potentiā, & cuius eſt magnalia operari. Notandum etiā quod triplici via venari poſſumus, quare in faciendo hanc beatā conuerſionem, probabilius eſt Chriſtum eleuaſſe oculos in cęlum, quàm in reſurrectione Lazari. Prima via ſumitur ex huius cōuerſionis modo. Secunda ex huius conuerſionis termino. Tertia ex huius conuerſionis fructu. Modus autem huius beatę conuerſionis hic eſt, quòd tota ſubſtantia panis conuertitur in totā ſubſtantiam veri corporis, & tota ſubſtantia vini in totam ſubſtantiam ſanguinis Chriſti. Et inde eſt quod hęc conuerſio ſpeciali modo vocatur tranſubſtantiatio. Sed modus reſuſcitationis Lazari non fuit ſic, ſed anima redeunte ad propriū corpus, corpus illud quod erat exanime, & ſine anima, & ſub forma mortui, factum fuit animatum, & ſub forma viui. Licet .n. quodlibet iſtorum fieri non potuerit, niſi per potentiam diuinā, tamen quoniam maius eſt, & magis remotū ab operibus naturæ, totum tranſubſtantiare in totū, quam facere quod corpus, qđ eſt ſub priuatione, & ſub forma mortui fiat ſub forma viui, cū Chriſtus eleuauerit oculos in cęlum in ſuſcitatione Lazari, credibile eſt qđ eleuauerit etiam eos in confectione huius benedicti ſacramenti. Secūda via ſumitur ex huius cōuerſionis termino. Nam terminus ille ad quem venit anima Lazari in reſurrectiōe fuit corpus ipſius, quod non erat deificatum, nec diuinitati coniunctum, ſed hęc conuerſio terminat̃ ad verum corpus Chriſti, quod eſt diuinitati coniunctum. Quia ergo Chriſtus eleuauit oculos in cęlum ad deum, in reducendo animā Lazari ad eius corpus, quod non eſt deitati vnitum, credibile eſt quod multo magis hoc fecerit, in conuertendo panis ſubſtantiā, in corpus proprium, quod eſt diuinitati coniunctum. Tertia via patet ex huius conuerſionis fructu. Nā fructus corporalis reſuſcitationis fuit vita corporalis, ſiue vita corporis, ſed fructus & vtilitas, quę ſequitur ex hmōi, ſacramento, digne ſumpto, eſt vita ſpūalis, ſiue vita animę. Per hoc enim ſacramentum, anima deo coniungitur, à quo mirabiliter perficitur. Igitur ſi Chriſtus eleuauit oculos in cęlum ad deum, in reſuſcitatione Lazari, per quam anima coniungebatur corpori, quod perficiebat, credibile eſt quod multo magis hoc fecerit in confectione huius ſacramēti, per quod anima coniungitur deo, à quo ſpiritualiter, & ſupernaturaliter perficitur. Deinde cum dicit. (Cęterum ſicut ſuperius,) ſoluit tertiam dubitationem ortam ex hac additione. (et ęterni.) Et oſtendit competenter dici noui, & æterni teſtamenti. Circa quod tria facit, ſecundum quod tres rationes adducit. Secunda ibi. (vel vt vtamur alia ratione.) Tertia ibi. (Præterea non ſolum.) Prima ratio talis eſt. In veteri teſtamento promittebantur tēporalia, in nouo verò promittuntur ęterna, ergo nouū teſtamentum dicitur ęternū, & competenter dicit̃ noui & æterni teſtamenti. Hoc eſt ergo quod ait. (Cęterum, ſicut ſuperius eſt expreſſum, cū in textu euangelico ponatur noui teſtamenti, hic, (ideſt in canone miſſæ,) interponitur, & ęterni, (ſupple, hoc competenter eſt factum.) (Nam vetus teſtamentum, quod hircorum & vitulorū, fuit ſanguine dedicatum, ideſt conſecratum, temporalia, promittebat, nouum autem, quod eſt Chriſti ſanguine conſecratū, promittit ęterna. Et ideo teſtamentum illud fuit vetus, & tranſitorium, hoc autē nouū eſt & æternum.) Notandum autē quod vetus teſtamentum tēporalia promittebat, iuxta illud Eſaię: Si volueritis & audieritis me, bona terrę comedetis. Sed in nouo teſtamento promittunt̃ ęterna. Vnde Ioannes præcurſor Chriſti ſtatim cum prædicare cępit, promittebat non regnū terreſtræ, quod eſt tēporale, ſed cęleſte, quod eſt æternū, iuxta illud in euangelio: Venit Ioānes baptiſta prædicans in deſerto iudeæ, & dicens, pęnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum. Notandum etiam ſecūdum philoſophum, quòd nec bonū, nec nouum factum eſt in tempore. Quoniam tempus per ſe corrumpit, ſi autem generat, hoc eſt per accidens, inquātum corruptio vnius, eſt generatio alterius. Sic etiam tempus per ſe inueterat, ſi autem innouat hoc eſt per accidens, inquantū noua veteribus ſuccedunt. Et inde eſt, quod quanto aliquid plus ſubiacet tempori, & plus habet de

Marginalia: 2. Top. cap. 4 loc. 35. — *Qua de cā conuerſio in corpus & ſanguinem chriſti dicatur tranſubſtantiatio.* — *Sacramētū eucharistiæ digne ſumptum etiam deo cōiūgit et ſpūaliter ac ſupernaturaliter mirabiliter reficit.* — Eſaiæ. 1. — Matth. 3. — 4. Phi. t. c. 117. — Primo de Ge. et cor. l. c. 17 et. 18. — *Teſtamentum ſanguine Xpi*

cõſecratũ quatuor rõnibus dicitur æternũ

Prima quia nouum.

de tempore, plus eſt vetus, quanto autem nouius eſt, tanto minus habet de tempore, & minus tempori eſt ſubiectum. Teſtamentum ergo quod eſt dedicatum, & conſecratum ſanguine chriſti, & quod non ſubiacet tẽpori, nec temporalia promittit, non eſt vetus & temporale, ſed eſt nouum & æternum. Deinde cum dicit. (Vel vt vtamur.) Adducit ſecundam rationem, quare nouũ teſtamentum dr̃ æternum. Nam illud eſt æternum, quod eſt firmũ, & ſtabile. Cum ergo nouum teſtamẽtum ſit ſtabilitum, & confirmatũ in morte Chriſti, vere hoc teſtamentum, quia vltimum, dici poteſt nouũ, & æternum. Hoc eſt ergo quod ait. (Vel vt vtamur alia ratione, vnde nouum, ideſt vltimũ eſſe deſcribitur inde æternum, ideſt perpetuum comprobatur, nouiſſimum etenim hominis teſtamentum immobile perſeuerat, quia teſtatoris obitu confirmatur. Iuxta quod Apoſtolus:

Heb. 9.

Teſtamentum in morte aſſerit confirmatũ, alioquin non valet dum vixerit qui teſtatur.) Notandum autẽ quod teſtamentũ, & donatio hñt conditiones oppoſitas. Nam ſi ſit donatio legitima, prima donatio tenet, & poſterior non valet. Ex quo enim aliquis legitime donauit aliquid, nõ poteſt iterum dare illud de nouo. Antiqua ergo donatio eſt firma & ſtabilis, noua verò eſt inſtabilis & infirma. Sed in teſtamento nõ non ſic eſt, quia cumquis teſtatus eſt, põt etiam denuo teſtari, & aliud teſtamentum cõdere. Teſtamentum ergo quanto eſt magis nouum, & vltimum, tãto eſt magis ſtabile, & firmum. Quare ſtat teſtamentum quod dedicatũ, & conſecratũ eſt ſanguine Chriſti, eo enim ipſo quod eſt nouum, & vltimum, habet quod ſit perpetuũ, ſtabile, & æternum. Cõſequenter ergo dr̃, ſanguis Chriſti eſſe ſanguis noui, & æterni teſtamẽti.

Tantũ prima donatio, et tantũ vltimũ teſtamentũ tenet, et qua de cauſa.

Secunda quia vltimũ.

Notandum etiam quod prædictorũ poteſt talis ratio aſſignari. Quia in donatione homo exuit, & expoliat ſeipſum dominio illius rei, quam donat, & quia facta donatione, donans non habet amplius dñium in re donata, id qđ ſemel donauit amplius donare non põt. Sed teſtator teſtando non exuit ſe dominio rerum, quãdiu viuit. Sola ergo mors confirmat teſtatoris teſtamentum. Et ſolum vltimum teſtamentũ tenet. Quare licet donatio prima & antiqua firma ſit, teſtamentum tamen non primum, & antiquum, ſed nouum, & vltimum eſt perpetuũ. Signanter ergo ſcriptura ſacra has duas leges, videlicet veterem & nouã, nõ vocauit duas donationes, ſed duo teſtamenta, vt oſtenderet vetus teſtamentum eſſe tranſitorium, nouum verò perpetuũ, & æternum.

Tertia quia veritas.

Notandum etiam vetus teſtamentum hoc modo eſſe tranſitorium, quia ſe habuit vt figura, nouum verò ſe habet vt veritas. Ideo nouũ & vetus teſtamentum cõpetẽter figuratum eſt per illud vaticinium Ezechielis, quod videlicet vidit rotam in medio rotæ.

Eze. cap. 1

Quia ſicut veritas repræſentatur in figura, ſic nouum teſtamentum repreſentabatur in veteri, quaſi rota in rotã. Quare ſicut, adueniente veritate, ceſſat figura, & adueniente luce, ceſſat vmbra, ſic nouo teſtamento adueniente, ceſſauit vmbra & figura ceremonialium veteris teſtamenti. Intrare ergo in ſancta, cum ſanguine hircorum, aut vitulorum, quod fiebat a pontifice in veteri teſtamento, ceſſauit aduenicte nouo. Quia animalia illa ſignificabant chriſtum, qui aſſiſtens pontifex futurorũ bonorum, non per ſanguinem hircorum, & vitulorum, vel per proptium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.

Heb. 9.

Tranſitorium eſt itaq; vetus teſtamentum, quia ceſſauerunt illæ figuræ, per quas dabatur intelligi veritas, quę cõtinetur in nouo teſtamento. Notandum etiam quoſdam erraſſe, ſicut fuit quædam Manicheorum ſecta, dicentium, nouum teſtamentum debere aliquando deficere, ſiue ceſſare.

Error ſectæ Manicheorum

Dicebant enim quod adhuc debet eſſe tertium teſtamentum. Nam ſecundum eos, teſtamentum vetus, eſt teſtamentum patris, teſtamentum autem nouum, eſt teſtamentum filii. Vt ergo aiunt, adhuc debet eſſe tertium teſtamentum, videlicet ſpiritus ſancti. Quare ſicut adueniente teſtamẽto nouo (vt dicunt) ceſſauit vetus, quod fuit teſtamentum patris, ſic cum adueniet teſtamentũ ſpiritus ſancti, ceſſabit teſtamentum nouum, qđ eſt teſtamentum filii. Secundũ hos igitur, teſtamentum nouum non eſt teſtamentũ æternum, & quod dr̃ in canone miſſæ, noui & æterni teſtamenti, non eſt competenter dictum.

Cõtra errorẽ Manicheorum

Sed conſiderata veritate ſacræ ſcripturæ, hi pro tanto errant pro quanto diſtinctio noui & veteris teſtamenti non accipitur ſecũdum diſtinctionem diuinarum pſonarum, ſed ſecundũ quod diſtinguitur veritas, & figura. Quia nouum teſtamẽtum ſe habet vt veritas, vetus verò ſe habet vt figura huius veritatis. Quare cum figura cedere debeat propter aduẽtum veritatis, veritas nõ debet cedere propter aduentum cuiuſcũq; alterius, vetus teſtamentum dicitur tranſitorium, nouum verò æternum.

Veritas nõ cedit propter aduentum cuiuſcũq; alterius.

Qũo vetus teſtamentũ fuerit tranſitoriũ.

Tranſitoriũ ergo erat vetus teſtamentum, non ſecundũ quod continebat moralia, & veritatem, videlicet quo ad rem præceptam, ſed ſecundum quod continebat cerimonialia, & figuram. Deinde cum dicit. (Præterea non ſolum.) Adducit tertiam rõnem, per quam probat nouum teſtamentum eſſe ęternũ, dicens. (Præterea. (Supple tertia ratione oñdi poteſt quare nouum teſtamentum dicatur ęternum, quia) non ſolum ſcriptura, ſed etiam promiſſio dicitur teſtamentum. Iuxta quod apoſtolus ipſe ſcribit: Ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.

Heb. 9.

Sic ergo debet intelligi quod in ipſo canone reperitur: Hic eſt .n. ſanguis meus noui & ęterni teſtamẽti, ideſt, nouæ ac æternæ promiſſionis. ſ. confirmator. Sicut dominus repromittit: Qui manducat (in-

Ioã. 6.

quiens) meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.) Notandum autē quod teſtamentum nouū vno modo poteſt dici ipſa ſcriptura, vt teſtamentum vetus, alio vero modo poteſt dici ipſa promiſſio. Duę ergo primæ rationes probant teſtamentum nouum debere dici teſtamentum æternum, prout teſtamentum accipitur pro ipſa ſcriptura. Sed hæc tertia ratio probat hoc idem, prout teſtamentū accipitur pro ipſa promiſſione. Notandum ēt hanc tertiam rationem ſic procedere. Quod cū ſanguis chriſti, dignè ſumptus cōfirmet nos de illa promiſſione illius hæreditatis ęternæ, iuxta illam Saluatoris ſententiam, quòd qui ſanguinē eius bibit, & carnem eius comedit habebit vitam æternam, in canone miſſæ dignè dicitur, quod ſanguis Chriſti eſt noui, & æterni teſtamenti, quia eſt ſanguis nouæ & æternæ promiſſionis. Sanguis enim ille cōfirmat nobis promiſſionē & hęreditatem nouam & ęternam, ideſt immarceſcibilem, & perpetuam.

Quarta quia promittit æterna.

» EX eo autem verbo &c.) poſtquam dominus Papa ſoluit dubitationes ortas ex additionibus in canone miſſæ: In parte iſta, vt dicebaē, remouet quendam errorem, qui ex prædictis videē habere ortum. Circa quod duo facit: Quia primo narrat errorem illum. Secundo docet illū
» errorem ſoluere, & vitare. Ibi. (Sed tales ex eo
» laqueum.) Dicit ergo. (Ex eo autem verbo de
» quo mouet tua fraternitas qōnem videlicet my
» ſterium fidei, munimentum erroris quidam tra
» here putauerunt dicentes, in ſacramento alta
» ris non eſſe corporis Chriſti, & ſanguinis veri
» tatem, ſed imaginem tantum, & ſpeciem, & figu
» ram, pro eo quod ſcriptura interdum cōmemo
» rat id quod in altari ſuſcipitur eſſe ſacramentū,
& myſterium, & exemplum.) Notandum autē quod cum dominus noſter IESVS Chriſtus in euangelio diceret. Niſi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis, multi ex diſcipulis ſuis hoc audientes, exiſtimantes Chriſti carnem ſic manducandam eſſe, ſicut manducamus carnes in macello venditas, ſcandalizati ſunt dicentes: durus eſt hic ſermo &c. Chriſtus aūt videns eorum ſcandalum, ait eis: Verbaquę ego loquutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Ex hoc ergo aliqui credentes, non verè & ad literam, ſed ſolum miſticè intelligenda eſſe verba Chriſti, cū dixit carnem ſuam eſſe manducandam, dixerūt in ſacramento altaris non eſſe veram carnem Chriſti, ſed ſolum miſticè & figuratiuè. Dicunt enim qđ ſicut petra illa in deſerto, quam Moyſes percutiens in aquas prorupit, non erat verè Chriſtus, ſed Chriſtum figurabat, ſic in hoſtia conſecrata non eſt vera Chriſti caro, ſed ibi caro eius ſolūmodo figuratur, & repreſentatur. Addunt autem iſti ad ſui erroris fulcimentum, quòd ſicutcum Chriſtus de hoc ſacramento loqueretur, dixit: Verba quæ ego loquutus ſum vobis ſpiritus & vita ſunt, nobis datur intelligi quod verba illa non verè & ad literam, ſed ſpiritualiter & miſtice ſint intelligēda: ſic etiā quia, vt hic dicitur, illud quod in altari ſuſcipitur, ſcriptura interdum cōmemorat eſſe ſacramentum, myſterium, & exemplū. Dicunt ergo quod hęc omnia non ad literam, ſed figuratiuè & myſticè ſunt intelligenda. Sed qūo hi errent & qualiter huiuſmodi error ſit ſoluendus, hic in ſequētibus apparebit. Nam non figuratiuè tantū, ſed verè & ad literam illa eſt eadem caro Chriſti formata ex puriſſimis ſanguinibus beatæ Mariæ virginis, quæ etiam pependit in cruce, à Chriſti fidelibus ſumitur in altari. Deinde cum dicit. (Sed ex eo laqueum.) Docet ſoluere huiuſmodi errorem. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt. Quòd oīs rō erronea vel fallit, & decipit, qa peccat in materia, & tunc aſſumit falſa, vel quia peccat in forma, & tunc non ſillogizat, ſed aſſumit multiplicia. Et ſicut duplex poteſt eſſe peccatū in arguendo, ſic conuenit eſſe duplicem ſolutionis modum in reſpondendo. Nam cum ratio aſſumit falſa & peccat in materia, tunc ſoluēda eſt inſtando & interimendo propoſitiones aſſumptas. Cum autē aſſumit multiplicia, & peccat in forma, tunc ſoluenda eſt dicendo, & diſtinguēdo propoſitiones illas. Quia ergo hæc ratio erronea, per quam iſti conabantur oſtendere nō veram Chriſti carnē eſſe in altari, ꝓcedebat ex falſis, & aſſumebat multiplicia, vtroq; modo ſoluenda eſt. Conuenit ergo ſoluere rationē hanc erroneam, & inſtando quòd aſſumat falſa, & diſtinguendo, quòd aſſumat multiplicia. Duo ergo facit ſecundū quod dupliciter ſoluit huiuſmodi rationē. Primo ergo ſoluit eam inſtando, oſtendens quòd aſſumit falſa. Secundo diſtinguendo, oſtendens quòd aſſumit multiplicia. Ibi. (Dicitur tamen.) Circa primum duo facit, quia primo ſoluit prædictū errorem inſtando. Secundo ſoluit inſtantiam declarando. Ibi. (Mors Chriſti, &c.) Dicit ergo ſic.
(Sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, »
quod nec auctoritatē ſcripturę conuenienter »
intelligunt, nec ſacramenta Dei ſuſcipiunt reue »
renter. Si enim quia figura eſt ſacramentū alta »
ris, veritas eſſe negatur, ergo nec mors, nec re »
ſurrectio chriſti cum figura ſit, veritas eſt credē »
da. Siquidem mortē, & reſurrectionem Chriſti »
ſimilitudinem, & imaginē eſſe Apoſtolus mani » *Rom. 6.*
feſtat: Chriſtus, inquiens, mortuus eſt pro deli » *Pri. co. 15*
ctis noſtris, & reſurrexit propter iuſtificationē » *Rom. 4.*
noſtram, Apoſtolorū etiam princeps Petrus ſic » *Primæ Pe*
in epiſtola ſua ſcribit: Chriſtus paſſus eſt ꝑ no » *tri. 2.*
bis, vobis relinquens exēplum vt ſequamini ve »
ſtigia eius.) Tunc ergo ſupplenda eſt litera qđ »
ſicut mors Chriſti veritas eſt & figura, ſic illud quod ſuſcipitur in altari pōt eſſe veritas, & figura. Notandum autē prædictum errorem ſolutum eſſe inſtando, quia aſſumebat falſa. Nam cum dicebatur, illud quod ſuſcipiē in altari eſt

Ioan. 6.

Error hæreticorum.

Numeri. 20.
Primæ cor. 10

Concluſio catholicorum.

Vnū et idē eſt veritas & figura.

figura

figura & ſacramentũ, ergo non eſt veritas, poſſumus inſtare dicendo falſum eſt, & nõ bene arguitur, quia, vt patet, mors chriſti eſt figura mortis noſtræ. Significat enim quod nos debemus mori peccato. Et reſurrectio chriſti fuit figura reſurrectionis, & iuſtificationis noſtræ. Significat enim quod nos mortui peccato, reſurgamus & viuimus iuſtitię, & tamen chriſtus veræ mortuus eſt & reſurrexit. Quapropter ſicut falſò argueret dicens, mors, & reſurrectio Chriſti ſunt exemplum & figura, ergo non eſt ibi veritas, & Chriſtus non eſt vere mortuus, nec verè reſurrexit, ſic falſo arguit, qui ſic ait, illud quod ſuſcipitur in altari eſt ſacramẽtum, & exẽplum, & myſterium, ergo nõ eſt ibi veritas, nec eſt ibi vera caro Chriſti. Deinde cum dicitur (ſic ergo tam mors Chriſti.) Declarat & manifeſtat inſtãtiam propoſitam, ſic dicẽs. (Sic ergo tam mors

Mors & reſurrectio chriſti ſunt figura ſpũalis mortis & reſurrectionis noſtræ.

» Chriſti quam eius reſurrectio eſt exemplum, vt
» & nos peccato mortui, iuſtitię iam viuamus.
» Quare ſi non fuit veritas, quia fuit exemplum,
» ergo nec verè mortuus fuit Chriſtus, nec vere
» à mortuis reſurrexit. Sed abſit à fidelium cordi-
» bus error iſtẽ, cum propheta de ipſo teſtetur,
Eſaie. 53. » quod vere languores noſtros ipſe tulit, & dolo
» res noſtros ipſe portauit.) Notandũ aũt quòd,

cap. 3. loc. 43 vt dicitur ſexto Topicorũ omnis paſſio magis facta abiicit à ſubſtantia. Vbi ergo eſt vera paſſio, & verus dolor, ſi illa paſſio magis fiat, oportet eſſe ibi veram mortẽ. Quare ſicut Chriſtus verè paſſus eſt, quia verè dolores noſtros ipſe portauit, cum dolores eius fuerint maximi, quia non fuit dolor, ſicut dolor ſuus, oportuit ad illos huiuſmodi veros dolores, ſequi et verã mortem. Notandum etiam quod vera Chriſti caro diuina virtute eſt in altari ſub ſpeciebus panis. Nam differentia eſt, inter agẽs naturale & Deũ, quia agens naturale, non põt totam rem producere, ſed quodlibet tale agens præſupponit materiam, in quam agat. Et quia quodlibet naturale agens, pręſupponit materiam, nõ plus ſe extendit actio naturæ niſi quod põt materiã quæ eſt ſub vna forma, facere ſub alia forma. Sicut ergo natura nõ põt rem totam producere, ſed præſupponit materiã, ſic nõ poteſt aliquam rẽ totam tranſubſtantiare in aliam, ſed põt materiam expoliare vna forma, & induere alia. Sed Deus, cuius eſt totum producere, & qui in agẽdo nihil præſupponit, põt totam vnam rẽ tranſubſtantiare, & conuertere in totam rem aliã. Virtute ergo diuina fieri poteſt, & fit quod tota ſubſtantia panis conuertatur in totam ſubſtantiam corporis Chriſti. Prolatis ergo illis ſacris verbis à ſacerdote, fit quod ſub ſpeciebus hoſtiæ, ſub quibus erat tota ſubſtantia illius panis, habeat eſſe tota ſubſtantia corporis Chriſti, & tota ſubſtantia carnis eius. Cum ergo Chriſtus, loquens de hoc ſacramento, diceret diſcipulis ſuis: Verba quę locutus ſum vobis ſpiritus & vita ſunt, non eſt intelligendum hoc dictum eſſe

Tren. cap. 1.

Differentia inter Deum & agentia naturalia.

quod non verè ad literam ibi ſit caro Chriſti, vt quidam dicebant, ſed quia caro eius, quæ in altari ſumitur, eſt ſpiritus & vita, quia eſt vita ſpiritualis, & vita animæ, non vita corporis, & eſt cibus mentis, non ventris. Notandum etiam quod aliqui nõ deſiſtunt, ſed impugnant verã Chriſti carnem non eſſe in altari, dicentes. Id quod à fidelibus in altari ſumitur non eſſe verũ corpus Chriſti. Aiunt. n. ſecundũ ſuam fantaſticam opinionem, quòd ex quo, vt dicitur, continue Chriſti caro à fidelibus in altari ſumitur, ſi corpus eius fuiſſet tantæ quantitatis, quantæ eſt vnus mons, per continuam ſumptionem deſiiſſet eſſe. Sed hi ex hoc errant, quia modũ quo caro Chriſti à fidelibus ſumitur non intelligũt. Non enim ſic corpus chriſti à fidelibus manducatur, ſicut manducatur caro, quę venditur in macello, quia de huiuſmodi carne, vnus ſumit vnam partẽ, & alius aliam, & ſic per continuã ſumptionem, conſumitur. Corpus aũt chriſti nõ ſic per fruſtra ſumitur, ſed quilibet fidelium ipſum totum ſumit. Et licet hoc verũ ſit, auget tamen qõnis difficultatem. Quia ſi quilibet ſumit ipſum totũ, non ſolum debuit iam deſinere eſſe, ſed poſtquam vnus ipſum totum ſumpſerit, non videt quod aliquid eius aliis remaneat ad ſumendum. Sciendum ergo quod (vt infra clarius oſtendetur,) chriſtus nõ incipit eſſe ſub ſpeciebus hoſtiæ per localem motũ, quod ſcilicet deſcendat de cęlo, & ingrediatur hoſtiam, ſed incipit eſſe ſub ſpeciebus hoſtię per tranſubſtãtiationẽ panis in eius corpus. Sicut ergo ſi lapis conuerteretur in aurum, facta cõuerſione, non eſſet amplius lapis, ſed aurum, ſic quia tota ſubſtantia panis conuertitur in corpus Chriſti, facta conuerſione, nõ eſt amplius ibi ſubſtãtia panis. Sed ſub illis ſpeciebus, ſub qbus prius erat ſubſtantia panis, ſub illis poſtea habet eſſe corpus chriſti. Totũ ergo corpus chriſti à xp̃i fidelibus ſumitur. Et quia virtute diuina ſemper fieri poteſt talis conuerſio ſemper à chriſti fidelibus ſumi põt corpus chriſti. Nec oportet qđ præfatũ corpus eſſe deſinat per hmõi ſumptionem. Notãdum etiã quod aliqui non deſinunt impugnare, verum, & totum corpus Xp̃i eſſe in hoſtia. Aiunt enim. Cum corpus chriſti ſit tantæ magnitudinis, & maius a minori cõtineri non poſſit, impoſſibile eſt totum illud corpus, quod in cruce pependit, in tam modica hoſtia contineri. Auget etiam quęſtionis difficultatẽ. Quia non ſolum totum corpus chriſti eſt in tota hoſtia, verum etiam, ſecundũ catholicam veritatem, totum eſt in qualibet parte hoſtię, ita quod, fracta hoſtia, non frangitur corpus xp̃i, ſed totum huiuſmodi corpus in ſingulis hoſtię partibus reſeruatur. Sed ſicut errabant, qui neſciebant quomodo corpus chriſti in hoſtia à fidelibus ſumitur, ita hi errant qui ignorant, ſecũdum quem modum corpus chriſti in hoſtia continetur. Sciendũ ergo quod à philoſophis

Qũo caro chriſti quæ in altari ſumitur ſit ſpũs & vita.

Qũo corpus chriſti ĩcipiat eſſe ſub ſpeciebus panis.

per alias, & alias dimēſiones in alio, & in alio altari eſſe poteſt.

Epilogus. Notandum itaq; per modum epilogi quatuor difficultates circa corpus Chriſti eſſe ſolutas. Prima difficultas. Prima difficultas eſt, quomodo poteſt tota ſubſtantia panis in totum corpus chriſti tranſubſtantiari & conuerti. Et hæc ſic ſoluta eſt. Quia ſicut deus poteſt totam rem producere, ita poteſt vnam rem totam, vt totam ſubſtantiam panis, in aliam rem, vt in corpus chriſti, totaliter conuertere. Secunda. Secunda difficultas eſt, quare per continuam ſumptionem Euchariſtiæ non deficiat corpus chriſti. Quæ ſic ſoluta eſt. Quia, vt dictum eſt, chriſtus nō eſt in hoſtia quia de cęlo deſcendat, & hoſtiam ingrediatur, ſed eſt in hoſtia, quia ſine eius deſcenſu, panis ſubſtantia in corpus eius conuertitur. Cum ergo diuina virtute continuè fieri poſſit talis conuerſio, cōtinuè poſſumus ſumere Euchariſtiam, & nō deficiet corpus chriſti. Tertia. Tertia autē difficultas eſt quo nam pactò tam magna quantitas (ſicut eſt quantitas corporis chriſti) poſſit in tam modica hoſtia contineri, hæc autem ſic ſoluta fuit. Quia (vt dictum eſt) in hoſtia non eſt ſubſtantia corporis chriſti mediante quantitate, ſed ecōuerſo eſt ibi quantitas mediante ſubſtantia, & quia ſubſtantia, de ſe, non dicit aliquid extenſum, nec quid diuiſibile, erit in hoſtia tota quantitas corporis chriſti modo indiuiſibili, & modo nō extenſo. Et quia ſic eſt, in modica hoſtia, & etiā in modica parte hoſtię, poterit tota corporis chriſti quantitas contineri. Quarta. Quarta difficultas fuit, quomodo poſſit chriſtus ſimul eſſe alibi, & alibi, puta in cęlo, & in altari, ſimiliter in hoc altari, & in illo alio altari. Hoc autē ſolutum eſt. Quia non eſt inconueniens vnum & idem eſſe alibi & alibi, nō tamen per eaſdem dimenſiones, ſed per alias & alias dimenſiones. Chriſtus ergo eſt in cęlo per dimenſiones proprias, in hoc verò altari per dimenſiones huius panis, & in alio altari, per dimenſiones alterius panis. Et quia hoc eſt per alias, & alias dimenſiones, verum corpus Chriſti eſſe in hoſtia, ſufficienter impugnari nō poteſt, ſi modum quem fides catholica ponit, cum diligētia meditemur.

» Deinde tam dicit. (Dicitur tamen myſterium.) Poſtquam ſoluit errorem dicētium verum corpus Chriſti non eſſe in altari inſtando, in parte iſta ſoluit hoc idem diſtinguendo. Nam cum dicitur, illud quod ſumitur in altari eſt figura, ergo non eſt veritas. Soluendum eſt inſtando, dicendo quod falſum eſt. Non enim valet, quod ſi eſt figura nō ſit veritas, quia poteſt eſſe ſimul veritas & figura. Nam, vt patebit, in hoc ſacramento aliquid eſt figura tantum, aliquid veritas tantum, aliquid ſimul veritas eſt figura. Soluenda eſt etiam huiuſmodi obiectio erronea diſtinguēdo, quomodo ſit figura, & quomodo ſit veritas, oſtendendo qđ aliter eſt veritas, aliter verò figura. Tria ergo facit. Quia primo oſtendit quod in hoc ſacramento aliud eſt figura, & myſterium, aliud vero res & veritas. Secūdo docet diſtinguere inter hæc tria, quæ ſunt in hoc ſacramento. Tertio quia improbando hunc errorem digreſſionem fecerat à principali quæſtione propoſita, regreditur ad propoſitum, & concludit ſolutionem quæſtionis illius, quæ à principio quærebatur. Secunda ibi. (Diſtinguē »
dum eſt.) Tertia ibi. (Credimus igiť.) Dicit er- »
go, quod hoc ſacrm̄ dicitur myſterium fidei, qm̄ »
aliud ibi creditur quam cernať, & aliud cernitur »
quā credatur. Cernitur ſpecies panis & vini, & »
creditur veritas carnis & ſanguinis chriſti, ac vir »
tus vnitatis & charitatis. Ergo eſt ibi myſteriū, & veritas, figura, & res, aliter tamen & aliter, qa myſterium & figura eſt ibi, quātum ad illud qđ cernitur, veritas verò & res, quantum ad illud quod creditur. Deinde cum dicit. (Diſtinguen »
dum eſt tamē.) Diſtinguit inter tria quæ in hoc »
ſacramento habent eſſe, dicens. (Diſtinguen- »
dū eſt tamē ſubtiliter inter tria quę ſunt in hoc »
ſacramento diſcreta, videlicet formam viſibilē, »
veritatem corporis (.i. corpus chriſti verum) & »
virtutem vel vnitatē ſpiritualem, (ideſt corpus »
chriſti miſticum). Eſt ergo in hoc ſacramento »
forma panis & vini, veritas carnis, & ſanguinis; »
(ideſt corpus chriſti verum,) virtus vnitatis & »
charitatis, (ideſt corpus chriſti miſticum,) pri- »
mum, (ideſt forma panis & vini,) eſt ſacramen- »
tum, & non res, ſecundum, (ideſt corpus Chri »
ſti verum) eſt ſacramentum & res, tertium, (ideſt »
corpus chriſti miſticum) eſt res, & non ſacramē »
tum) & addit, (ſed primum (ideſt ſpecies panis »
& vini,) eſt ſacramentum geminæ rei, (ideſt re- »
preſentat, & figurat geminā rem, videlicet cor- »
pus chriſti verum, & corpus chriſti miſticum.) »
Secundum (ideſt corpus chriſti verum) eſt ſacra »
mentum vnius, & alterius res exiſtit. Tertium «
verò (ideſt corpus chriſti miſticum,) eſt res ge- «
mini ſacramenti.) Notandum autem, quod my «
ſterium, ſacramentum, ſignum, figura, ſimilitudo, & imago, hic pro eodem accipiuntur. Nā ſpecies panis & vini, ſub quibus continetur xp̄s in altari, dicuntur eſſe myſterium, in quantum occultè & ſub quodā velamine dant nobis intelligere chriſtum. Dicuntur etiam ſacramentū, in quantum ſacrè & ſanctè ſignificant, & ſignāt ipſum chriſtum, quia ſacramentum eſt ſacræ rei ſignum. Sunt etiam ſignum & figura, put chriſtum figurant, & repreſentant. Sunt imago & ſimilitudo, prout ipſum congruè & conuenienter oſtendunt, & demonſtrant. Nam res p ſuam ſimilitudinem conuenienter oſtenditur, & per ſuam imaginem congruè demonſtratur. Itaq; ſacramētum, myſterium, figura, & vnūquodq; tale nihil aliud eſt quam quoddā ſignum, quo aliqd repreſentatur, res verò & veritas eſt illud quod per huiuſmodi ſignum repreſentať. Notandum autem quod ſicut nunquam vnum & idem reſpectu eiuſdem eſt cauſa, & cauſatum,

contingit tamen aliquid eſſe cauſam vnius, & cauſatum alterius. Sic nũquam idem, ſecundũ idem, & reſpectu eiuſdem, eſt ſignum & ſignatum, vel eſt ſignum & res: contingit tamen aliquid eſſe ſacr̃m, & ſignum reſpectu unius, & eſſe rem & veritatem reſpectu alterius. Sicut ergo in vniuerſo aliquid eſt cauſa tantum, aliquid autem cauſatum tantum, aliquid verò ſimul cã & cauſatum, ſic in huiuſmodi ſacramẽto aliqd eſt ſignum tantum, aliquid ſignatum tantũ, aliquid verò ſignum & ſignatum. Vel per alia verba, aliquid eſt ſacramentum tantum, aliquid res tantum, aliquid verò, res & ſacramentum. Dicitur etiam & tertio modo, quod aliquid eſt figura tantum, aliquid veritas tantum, aliquid verò veritas, & figura. Notãdum etiam quod in hoc ſacramento ſunt tria cõſideranda, videlicet ſpecies panis & vini, corpus chriſti verum, & corpus chriſti miſticum, ideſt eccleſia, vel multitudo fidelium, quæ per corpus chriſti verũ figuratur. Nam ſecundum apoſtolum, chriſti fideles dicuntur membra chriſti. Sicut ergo diuerſa membra corporalia, corporaliter vnita, faciunt corpus chriſti verum, ſic chriſti fideles per charitatem, & ſpiritualiter coniuncti, faciunt vnum corpus chriſti miſticum: Multi enim, vt ait apoſtolus, vnum corpus ſumus in Chriſto. Vnio ergo membrorum in corpore chriſti vero, miſticè figurat, & repreſentat vnionem fidelium in corpore Chriſti miſtico. Inde eſt quòd corpus chriſti miſticum dicitur virtus vnitatis & charitatis, quia per virtutem charitatis membra huius corporis vniuntur, & conglobantur. Notandum ẽt quod cum tria ſint in hoc ſacramento conſideranda, videlicet, ſpecies viſibilis panis & vini, corpus chriſti verum, & virtus charitatis & vnitatis, ideſt corpus chriſti miſticũ, qđ per virtutẽ charitatis vnitur, ſpẽs panis & vini eſt ſignum tm̃, vel eſt ſacr̃m tm̃, & ſignificat, ac repreſentat duo. Repreſentat .n. corpus chriſti verum, inquantũ cõtinet ipſum. Repreſentat ẽt corpus chriſti miſticum, ꝓut habet aliquã ſimilitudinẽ cũ eo. Nã ſpecies panis & vini exterior habet ſimilitudinẽ cũ corpore xp̃i miſtico. Quia ſicut ex diuerſis vuarũ granis vinum cõfluit, & ex diuerſis granis frumenti vnus panis efficitur, ſic ex diuerſis, & multis fidelibus conſtituitur eccleſia, & efficiẽ corpus chriſti miſticũ. Erit ergo ſpecies panis & vini ſacr̃m, ideſt ſignum ſacræ geminæ rei, ideſt corporis chriſti veri, & miſtici. Corpus autẽ chriſti verum eſt figura & ſignatum, vel eſt ſacramentum & res, ſed eſt ſacramẽtum vnius rei, videlicet corporis chriſti miſtici, quod repreſentat, & figurat, & eſt res alterius, quia eſt res reſpectu ſpeciei panis & vini, per quam repreſentatur & figuratur. Tertium verò videlicet corpus chriſti miſticum, eſt ſignatũ tantum, vel eſt res tantum. Sed eſt res gemini ſacramenti, quia ſignatur & figuratur per duo, videlicet per ſpeciem panis & vini, exterius exhibitam, & per corpus chriſti verum, ſub illis ſpeciebus contentum. Vltimo cum dicit. (Credimus ergo.) concludit ſolutionem quæſtionis ꝑtincipalis ſuperius poſitæ, videlicet qualiter ſit rationabiliter poſita illa verborũ forma, quæ traditur in canone miſſæ dicens. (Credimus igitur » quod formam verborum ſicut in canone reperiẽ, » & à Chriſto apoſtoli, & ab ipſis eorũ (ideſt » apoſtolorum) acceperint ſucceſſores. »

In ſacramẽto altaris ſpẽs pani & vini, corpus chriſti verũ & corpus chriſti miſticũ ſũt cõſiderãda

Primæ cor. 6.

Rom. 12.

Quid in ſacramẽto euchariſtiæ ſit ſacramentũ tãtum, quid res tãtũ, quid verò ſacramẽtũ et res.

SECVNDA PARS.

QVESIVISTI ETIAM vtrum aqua &c.) In parte iſta, vt dicebatur, ſoluit dubitationem ortã de conuerſione aquæ. Circa qđ tria facit. Quia primo narrat dubitationem. Secundo opiniones recitat, circa propoſitam quæſtionem. Tertio verò ex illis opinionibus narratis, eligit probabiliorem. Secunda ibi. (Super hoc autem.) Tertia ibi. (Qđ inde conuincitur,) Narrat ergo primo dubitationem ortam de conuerſione aquæ dicens. (Quæſiuiſti etiam vtrum aqua cum vino in ſan » guinem conuertatur.) Deinde cum dicit. (Sup » hoc autem,) Circa dubitationem propoſitam ſecundum quod tres opiniones recitat tria facit. Secunda ibi. (Alii vero tenent.) Tertia ibi. (Præterea poteſt dici.) Dicit ergo primo. (Su » per hoc autem opiniones apud ſcolaſticos va » riantur. Aliquibus enim videtur quod cũ de la » tere chriſti duo præcipua fluxerint ſacramẽta, » redemptionis in ſanguine, ac regenerationis in » aqua, in illa duo, (videlicet in ſanguinẽ & aquã, » quæ fluxerunt de latere chriſti) diuina virtute » mutentur vinum & aqua quæ cõmiſcentur in » calice, vt in hoc ſacramento plene ſit veritas & figura.) Notãdum aũt quod cum duo fluxerint de latere chriſti, videlicet, ſanguis & aqua, & hæc duo miſceantur in calice, videlicet vinum, & aqua, aliqualem habet apparentiam qđ hæc duo, quæ cõmiſcentur in calice conuertantur in illa duo, quæ fluxerunt de latere Chriſti, videlicet vinum in ſanguinẽ, quod inde fluxit, et aqua in aquam, quæ ex chriſti latere emanauit. Notandum etiam quoſdam dixiſſe de chriſti latere non fluxiſſe veram aquam, ſed aliquem humorem aqueum, vt flegma, vel aliquid tale. Mouebantur forte iſti, quia cum quælibet pars mixti ſit mixta, & de compoſitione corporis mixti non poſſit eſſe aliquod elementum purum, nõ videbatur iſtis poſſibile, quod de corpore illo aqua vera & pura emanare potuerit. Notandũ inſuper hanc opinionem eſſe falſam. Quod duplici via venari poſſumus. Quarum vna colligitur ex neceſſitate ſcripturæ ſacræ. Altera vero ex admiratione Ioannis. Prima ratio tangiẽ in illa decretali, quæ ſic incipit. (In quadam noſtra decretali epiſtola.) vbi ſic dicitur. Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra videlicet ſpiritus, quem

Error Armeniorũ quorũdã de aqua illa quæ de xp̃i latere emanauit.

Primo de gen. et cor. t.c. 86

Cõfutatio erroris.

Rub. de celeb. miſſarum.

quem Chriſtus tradidit inclinato capite, & ſan guis, & aqua, quæ emanauerunt de latere eius. Sicut igitur fuit vera anima rationalis, & verus ſpiritus, quē chriſtus tradidit, & verus ſanguis, qui ab eo exiuit, ſic fuit & vera aqua, quę de eius latere emanauit. Et cum chriſtus ſit veritas, à veritate debet eſſe omnis fallacia penitus aliena. Rurſus ſi non fuiſſet aqua, ſed flegma, qđ de latere ſaluatoris exiuit, Ioannes qui vidit & veritati teſtimonium perhibuit, profecto non aquam, ſed flegma dixiſſet. Secunda via ad hoc idem ſumitur ex admiratione Ioannis, quā tan git quidam doctor nomine Theophilactus di cens: poſſet forte quis calūnioſè dicere, quod ali qua virtus vitalis erat in chriſti corpore, & ideo ſanguis exiuit: aqua verò emanans in expugna bile ſignū fuit. Si ergo Ioānes tanta admiratiōe lo quebať de emanatione aquæ ex latere Chri ſti, ſi fuiſſet flegma, quod emanauit, forte non fuiſſet mirabile, ſed quod aqua emanauerit, hoc fuit valde mirabile, & inexpugnabile ſignum.

Ioan. 19. *Theophil. ſuper Ioānem.*

Notandum etiam, qđ ponendo vinum & aquā quæ cōmiſcentur in calice, conuerti in illa duo, quæ fluxerunt de latere chriſti, videtur in hoc ſacramento, eſſe veritas & figura. Veritas quidem quia hoc poſito, verè hęc duo conuertun tur in illa, & verè ſub ſpeciebus eorum duorū, quæ habent eſſe in calice ſunt illa duo quæ flu xerunt: figura verò, quia per hæc duo, illa duo repręſentantur & figurantur. Ad hoc autem confirmandum valet illud dictum Theophila cti ſic dicentis. Erubeſcant, ergo illi qui in ſa cris myſteriis vinum non limphant, videntur enim non credere, quod aqua de chriſti latere fluxerint. Ex his ergo opinio prima videť eſſe probabilis, non tamen eſt vera, vt infra patebit.

Theophil.

Deinde cum dicit. (Alii vero tenent.) Recitat
» opinionem ſecundam dicens. (Alii verò tenēt
» quod aqua cum vino tranſubſtantiatur in ſan
» guinem, cum aqua in vinum tranſeat, miſta vi
» no, licet phyſici contrariū aſſeuerent, qui aquā
» à vino per artificium poſſe aſſerunt ſeparari.)
» Notandum autem hanc opinionem ſecūdam differre à prima, quia hæc ponit aquam in calice vino miſtam naturaliter conuerti in vinum, & poſtea totum illud quod eſt in calice, miraculosè in ſanguinem tranſubſtantiari. Hęc autem opinio eſt vera & catholica. Notandum etiam quod huic opinioni verę & catholicę, dictum medicorum aliquo modo obuiare videť, dicūt enim, quod cum aqua miſcetur vino, non trāſit in vinum, nec in vinum conuertitur, qa quo dam artificio poteſt à vino ſeparari. Sed hæc opinio medicorum falſa eſt. Nam aqua illa, quę miſcetur vino, cum per actionem vini corrumpatur, quia actiuis & paſſiuis debite appropinquatis neceſſe eſt ipſa agere, & pati. per artificiū ſeparari non poteſt, licet poſſit ſeparari aliquis liquor, qui videtur aqua. Nam non ſolum de vi no aquatico & albo, ſed de vino omnino puro, & rubeo, liquorem aliquem albū, qui aqua clariſſima videť, per artificium ſeparari videmus.

Error medicorum. *Cōfutatio erroris.* *9. met. t. c. 10.*

Deinde cum dicit. (Præterea poteſt dici.) Po nit opinionem tertiam dicēs.) Præterea poteſt
dici quod aqua nō tranſit in ſanguinem, ſed re »
manet prioris vini accidentibus circūfuſa. Ita »
videlicet quod aqua vini ſaporem aſſumit. No «
tandum autem has opiniones tres ſic differre. »
Quia hæc tertia ponit quod aqua, quæ in cali ce miſcetur cum vino, non tranſmutatur ſecun dum ſubſtantiam, ſed alteratur ſecundū ſaporē, & ſecundum accidentia, quia immixta vino, vi ni ſaporem aſſumit. Sed prima & ſecunda po nunt aquam ſecūdum ſuam ſubſtantiam tranſmutari, aliter tamen, & aliter. Quia prima po nit, quod aqua poſita in calice tranſmutatur in aquam illam, quæ de latere chriſti fluxit, ſicut vinum tranſubſtantiatur in ſanguinem. Secun da verò, vt dicebatur, ait, quod aqua poſita in calice naturaliter conuertitur in vinum, & po ſtea totum illud miſtum, quod reſultat ex vino & aqua miraculoſe tranſubſtantiatur in ſangui nem. Secūdum ergo hanc opinionem nihil cō uertitur in aquam, quæ de latere chriſti fluxit, ſed in ſanguinem tantum.

Tres opiniones de aqua appoſita vino in calice, q̄uo inter ſe differant.

Deinde cum dicit. (Quod inde conuincitur.) Poſita dubitatione, & narratis circa eam opinionibus, illas opiniones declarat, & manifeſtat. Circa quod tria facit. Quia primo declarat opinionem tertiam, quæ plus habet de improbabilitate. Secundo declarat primam, quę magis accedit ad proba bilitatem. Tertio declarat opinionem ſecundā, oſtendens quod ſit potior, & probabilior cæte ris. Secūda ibi. (Sed nec inconueniens credit.) Tertia ibi. (Verum inter opiniones prędictas.) Notandum quod nihil refert qualiſcunque or do teneatur in opinionibus narrandis, in decla randis verò, & in manifeſtandis illis, eſt hic ordo tenendus. Quia primo declaranda eſt opinio magis improbabilis, quia maiori indiget de claratione. Secundo declaranda eſt opinio quę magis accedit ad probabilitatē, quia nō eget tan ta declaratione. Vltimo declaranda eſt opinio potior & probabilior, quia minori eget declaratione. Cum itaq; inter opiniones aſſignatas, tertia opinio ſit magis improbabilis, opinio verò prima ad p̄babilitatem magis aliqualiter acce dat, ſecunda verò opinio ſit potentior & probabilior cæteris, ideo in declarando, primo de clarat tertiam quęſtionem, ſecundo primam, vltimo verò ſecundam. Ad euidentiam primæ partis, ſciendum quod tertia opinio de aqua in calice poſita, duo ponit. Primo enim ait, quod aqua illa non tranſmutatur ſecundum ſubſtantiam. Secundo inquit, quod aqua illa alteratur ſecundum ſaporem, & ſecun dum accidentia. Ideo duo facit. Quia primo oſtendit, quomodo intelligi poſſit, quod aqua in calice poſita, non tranſmutetur ſecundum ſubſtantiam. Secundo declarat quomodo ſit

intelligibile quod aqua illa alteretur ſecundum ſaporem, & ſecundum accidentia ibi.
» (Ipſa tamen accidentia.) continuetur autem
» ſic. Bene dico, quod,(aqua vino appoſita non
» tranſit in ſanguinem, ſed manet in tranſmuta
» ta ſecundum ſubſtantiam. Quod ſic eſſe inde
» conuincitur. Quia ſi poſt calicis conſecratio
» nem, aliud vinum mittatur in calicem, illud qui
» dem nõ tranſit in ſanguinem, nec ſanguini cõ
» miſcetur, ſed accidentibus prioris vini cõmix
» tum, corpori quod ſub eis latet vndique circun
» funditur, non madidans circunfuſum. (Notandum autem tertiam hanc opinionem repugnare tam naturalibus argumentationibus, quàm catholicæ veritati. Dicit enim hæc poſitio, qđ aqua in calicem poſita manet intranſmutata ſecundum ſubſtantiam, & non cõuertitur in ſanguinem. Prout enim dicit illam aquã manere intranſmutatam, ſecundum ſubſtantiam, repugnat naturalibus argumentis, quia ponere modicum paſſiui coniungi magno actiuo, & non corrumpi paſſiuum eſt omnino cõtra naturã. Cum ergo in calice ſecundum conſuetudinem eccleſiæ, modicum aquæ apponatur multo viuo, dicere illam aquam nõ corrumpi ſecundũ ſubſtantiã, eſt repugnare naturalibus argumentis, & his quæ à ſenſibus oriuntur. Secũdo, hoc idem repugnat catholicæ veritati. Quia ſi aqua in calicem appoſita manere intranſmutata, ſecundum ſubſtantiam, & nõ cõuerteretur in ſanguinem, celebrans primam miſſam in die natalis domini, ſecundã, nec tertiam poſtea celebrare deberet, quia tunc non eſſet ieiunus. Inde ergo eſt quod ſacerdos intendens celebrare ſecũdam miſſam, poſt ſumptionem ſanguinis, nec digitorum lotionẽ, nec aliquem alium liquorẽ ſumit. Quare ſi ſacerdos ſumendo ſanguinem, etiam ſumeret aquam, non in ſaguinem cõuerſam, nec ſecundum ſubſtantiam trãſmutatam, non poſſet vlterius illa die celebrare, quia non eſſet ieiunus, quod repugnat conſuetudini eccleſiæ, & veritati catholicæ. Notandum etiam quòd hoc modo hæc opinio tertia declaratur in litera, quia ſi poſt conſecrationem vinum apponitur in calicem, illud vinum non conuertiẽ in ſanguinem, ſed alteratur ſecundum accidentia prioris vini, quibus accidentibus cõmiſceẽ ſic ante conſecrationem aqua appoſita in calicem, non conuertitur in vinum, nec in ſanguinem tranſubſtantiatur, ſed alteratur ſecundum vini accidentia, quibus cõmiſcetur. Ex his ergo tertia opinio loquens de aqua appoſita in calicem ante conſecrationem, aſſumit aliquam pbabilitatem quod aqua illa non cõuertatur in ſanguinem nec ſecundum ſubſtantiam tranſmutetur. Notandum etiam quod quicquid diciẽ hic de vino appoſito in calicem, poſt conſecrationem, verum eſt: ſed falſum eſt ex hoc arguere quod aqua in calicem ante conſecrationem appoſita, non tranſmutetur ſecundum ſubſtantiam, nec cõuertatur in ſanguinem. Quia cum vinum non conuertatur in ſanguinem niſi ſacerdos cum intentione cõficiendi dicat illa verba, Hic eſt calix ſanguinis mei etc. ſi poſt conſecrationem, poſtquam vinum eſt conuerſum in ſanguinem, ponatur aliud vinum in calicem, quia in huiuſmodi appoſitione non repetunẽ verba illa, per quæ vinum tranſubſtantiatur in ſanguinem, vinum illud appoſitum non cõuertetur in ſanguinem, nec erit ſecundnm ſubſtantiam tranſmutatum. Ex hoc ergo velle arguere quod aqua ante conſecrationem in vinũ appoſita, non tranſmutetur ſecũdum ſubſtantiã, ſicut nec vinum poſt conſecrationem appoſitum, falſum eſt, & abſurdum. Notandum etiam quod ſicut corpus chriſti eſt ſub ſpecie panis, ſic ſanguis eius eſt ſub ſpecie vini. Sicut ergo diuidendo hoſtiam, non diuiditur corpus Chriſti, quia totum corpus chriſti eſt in tota hoſtia, & ẽt totũ in qualibet parte hoſtiæ, ſic nũquam diuiditur ſanguis eius. Quia facta conuerſione, totus chriſti ſanguis eſt in toto vino, & totus in qualibet parte vini. Nunquã ergo per vini diuiſionem diuiditur ſanguis chriſti, ſicut nec per per fractionem hoſtiæ frangitur corpus chriſti. Quare, cum nunquam duo corpora commiſceantur, niſi quodlibet diuidatur, & ſeparetur, per partes, & iuxta partem vnius ſit pars alterius, quia(vt dictum eſt) ſanguis Chriſti, vt habet eſſe ſub ſpecie vini, non põt in partes diuidi, ſed ſemper ſub qualibet parte remanet totus ſanguis, impoſſibile eſt illi ſanguini aliquid commiſceri. Quare bene dictum eſt qđ vinum poſt conſecrationem appoſitum in calicem, nec in ſanguinem tranſit, nec miſcetur ſanguini. Notandum etiam quod, vt alibi diffuſius diximus, hæc benedicta conuerſio eſt omnino oppoſita trãſmutationi naturali, Nam in tranſmutatione naturali ſemper aliqua ſubſtãtia eſt cõmnne ſubiectum remanens ſub vtroq; termino. Hoc enim modo fit tranſmutatio naturalis, quia illa & eadem ſubſtantia, vt illa & eadem materia, vel illud idem ſubiectum quod prius erat ſub forma vna, poſtea eſt ſub forma alia. In hac autem conuerſione manent accidentia tantum, quia ſub illis & eiſdem accidẽtibus, ſub quibus erat panis ſubſtantia, eſt poſtea ſubſtantia corporis chriſti: & ſub illis & eiſdem accidentibus, ſub quibus erat vini ſubſtantia, eſt poſtea ſubſtantia ſanguinis. Accidentia itaq; panis, facta conuerſione, diuina virtute habent eſſe ſine ſubiecto, & ſub eis quaſi ſub quodam velamine, habet eſſe ſubſtantia corporis chriſti. Et quod dictum eſt de pane reſpectu corporis, intelligendum eſt de vino reſpectu ſanguinis, q̃a facta conuerſione vini ſubſtantia non manet, ſed tranſubſtantiatur in ſanguinem, manent tamen vini accidẽtia, ſub quibus eſt ſanguis chriſti. Si autem poſt conſecrationem vinum apponatur in calicem, illud quidem vinum, vt dicebatur,

Contra tertiã opinionem de tranſmutatione aquæ.

Prima rõ.

Primo de Ge. et cor. t.c.47.

Secunda.

Reſponſio ad rõnẽ ꝓ opinione tertia.

Quã de eã in ſumptione ſpẽi vini nõ diuidatur xpi ſãguis, ſicut nec per fractionem hoſtiæ frangitur corpus chriſti.

In theorem. de de corp. chriſti

7. met. t.c.7.

Cõuerſio in ſacramẽto eucharistiæ eſt oĩno oppoſita cõuerſioni naturali.

batur, non tranſit in ſanguinem, nec ſanguini miſcetur, ſed commiſcetur tantummodo accidentibus vini prioris, ſub quibus continetur verus ſanguis. Notandum etiam quod hic deficit regula philoſophorum tractantium de mixtione, & per ampuloſa verba dicentium, accidentium non eſſe cõmixtionem, vt patet ex vltimo capite primi de generatione, ſed hi, ſecundum ſuam intentionem, vera dicunt. Nam cum miſcibilia prius intelligantur habere eſſe ſeparatum, & per ſe, & poſtea adunãtur, & habent eſſe coniunctum & vnitum, quicquid nõ poteſt habere eſſe per ſe, non poteſt alteri cõmiſceri. Et quia accidentia nõ poſſunt naturaliter eſſe per ſe, & ſine ſubiecto, naturaliter loquendo, bene dictum eſt quod accidentium non eſt mixtio.

T.c.54.

Accidentiũ naturaliter nõ ẽ mixtio, ſed in ſacramẽto altaris miraculoſe fieri poſſet.

Sed quia in hoc ſacramento accidentia vini miraculoſe ſunt ſine ſubiecto, ſub quibus accidentibus eſt chriſti ſanguis, ipſis accidentibus vini poteſt aliquid commiſceri. Et ideo ſi poſt conſecrationem vinum portatur in calicem, vinum ſic appoſitum non miſcetur ſanguini, eo quod ſanguis ibi remanet indiuiſus, ſed cõmiſcetur accidentibus prioris vini, ſub quibus latet ſanguis, quia huiuſmodi accidentia, per vinum ſic appoſitum, diuiduntur. Notandũ etiam quod, vt ſuperius dicebatur, ex vi ſacramenti & per ſe, ſub ſpecie panis eſt corpus tantum, & ſub ſpecie vini eſt ſanguis tantum. Nam illud ex vi ſacramenti eſt ſub ſpecie panis, in quod conuertitur panis ſubſtantia: & quia panis ſubſtantia ſolum conuertitur in corpus chriſti, & nihil de tali ſubſtantia conuertitur in ſanguinem, ſub ſpecie panis, ex vi ſacramenti, eſt corpus tantum.

Tamen quia illud corpus eſt naturaliter cõiunctum animæ, & ſanguini, licet ſubſtantia panis non conuertatur, nec in animam, nec in ſanguinem, ex vi ſacramenti, & ex naturali concomitantia, conſequenter ſub eiſdem ſpeciebus panis, ſimul eſt ſanguis, anima, & totus chriſtus.

Si ſacerdos in triduo mortis chriſti cõfeciſſet, ſub ſpẽ panis fuiſſet corpus tantũ, & vini, ſanguis tãtum.

Vnde, vt cõmuniter ponitur, qui confeciſſet in illo triduo, cum Chriſtus iacebat mortuus, qñ anima erat ſeparata à corpore, confeciſſet corpus ſine anima, nec tunc totus Chriſtus fuiſſet ſub ſpecie panis. Tũc etiam confeciſſet corpus ſine ſanguine, ſi in paſſione per vulnera totus ſanguis fuit à corpore ſeparatus. Quod ergo dictum eſt de ſpecie panis reſpectu corporis, intelligendum eſt de ſpecie vini, reſpectu ſanguinis. Nam ſicut ex vi ſacramenti ſub ſpecie panis eſt corpus tantum, ex naturali vero cõcomitantia eſt ibi ſanguis, anima, & totus chriſtus: ſic ſub ſpecie vini, ex vi ſacramenti, eſt ſanguis tantum, quia in ſanguinem conuertitur vini ſubſtantia: ſed ex naturali concomitantia, eſt ibi corpus, anima, & totus chriſtus. Tam itaq; ſub ſpecie panis, quàm vini, eſt totus chriſtus, non ex vi ſacramenti, ſed ex concomitantia naturali. Notandũ etiam quod ex hoc poteſt haberi intellectus literæ, cum loquitur de corpore quod latet ſub accidẽtibus prioris vini. Nam corpus, vt ad præſens ſpectat, dupliciter poteſt accipi, vno modo generaliter, & ſic omne palpabile eſt corpus, & hoc modo ipſe ſanguis eſt corpus quoddam, cum ipſe ſanguis ſit palpabilis: alio verò modo ſpecialiter, & vt diſtinguitur contra ſanguinem, & ſic ſanguis non eſt corpus, licet contingat ſanguinem corpori ſic accepto, naturaliter eſſe coniunctum. Facta ergo conuerſione ſumendo corpus generaliter, ſub accidentibus vini latet corpus, quia latet ibi ſanguis, qui communi vocabulo poteſt nũcupari corpus. Si vero accipiatur corpus ſpecialiter, ſic etiam ſub accidentibus vini latet corpus, ex naturali tamen concomitantia, quia, vt dictum eſt, ex naturali concomitantia ſub huiuſmodi accidentibus eſt ſanguis, corpus, anima, & totus chriſtus. Aduertendum tamen quod licet qualitercũque accipiatur corpus, verum ſit, ſub accidentibus vini latere corpus, intentio tamen eccleſiæ eſſe videtur, accipere corpus generaliter, prout ſanguis quoddam corpus dici poteſt: ſecundum quem modum loquendi, ſub accidentibus vini latet corpus, quia latet ibi ſanguis, in quem vini ſubſtantia eſt conuerſa. Notandum etiã quod cum hoſtia contineat corpus chriſti, ſi quid cõtineret hoſtiam, contineret etiam corpus Chriſti, quod latet in hoſtia. Et ideo ſi aliquis liquor funderetur circa hoſtiam, vel ſpeciem panis cõſecrati, per cõſequens funderetur circa corpus Chriſti, quod latet in hoſtia. Ergo & à ſimili, ſi vinum poſt conſecrationem ponatur in calicem, quia vinum illud funditur circa ſpẽm prioris vini, ſub qua latet ſanguis chriſti, conſequẽs eſt, quod huiuſmodi vinum appoſitum vndique circũfundatur corpori, ideſt, ſanguini, quòd latet ſub eis, ideſt ſub accidentibus prioris vini. Notandum etiam quod huiuſmodi vinũ poſt conſecrationem appoſitum, non ſolum circunfunditur ſanguini, ſed etiam circunfundit ipſi corpori, quod eſt ſub accidentibus vini. Nam ſub huiuſmodi accidentibus, vt dictum eſt, non ſolum latet ſanguis, ſed ex concomitantia latet ibi etiam corpus, & anima, & totus chriſtus. Notandum etiam quod licet vinum poſt conſecrationem appoſitum in calice circũfundatur ſanguini, ideſt, licet fundatur circa ſanguinẽ, quia funditur circa accidentia prioris vini ſanguinẽ continentia, attamen illud vinum ſic appoſitum non madidat circunfuſum, ideſt nõ humectat, non alterat ipſum ſanguinem, qui eſt circunfuſus tali modo, vel, quod idem eſt, non madidat, nec humectat, nec alterat ipſum ſanguinem, circa quem funditur tale vinum. Ad intelligendũ autem quomodo vinum poſt conſecrationem in calicem appoſitum, circunfunditur ſanguini, ſanguinem tamen non madidat, nec humectet, eſt diligenter aduertendum, quòd ſecundum vſum tam naturæ quam artis, ea quæ ſunt in cõpoſitione priora, ſunt in reſolutione poſteriora.

Quæ in cõpoſitiõe ſunt priora, in reſolutione ſunt poſteriora.

ra. Videmus enim in arte quod in compoſitione domus prius fit fundamentum, & vltimo tectum, ſi tamen debeat domus ordinate reſolui, prius tollitur tectum, & vltimo fundamentum. *7. meth. t.c, 2. et. 4.* Sic etiam in qualibet re naturali. Subſtãtia prior eſt accidente, ſi tamen debeat reſolui & corrumpi, prius tolletur accidens, & vltimo ſubſtantia: vt ſi debeat corrumpi aqua, per actionem alicuius agentis naturalis, puta ignis, prius remouebuntur accidentia aquæ, calefiet enim aqua, & remouebitur ab ea frigiditas, & rareſiet, & remouebitur ab ea denſitas eius. vltimo verò remouebitur ab ea quidditas & ſubſtantia ipſius. Quicquid ergo ſit de compoſitione, de reſolutione tamen eius, hoc eſt naturaliter tenendũ, quod prius remoueantur accidentia ab ipſa re, & prius res perdat propria accidẽtia, vltimo verò perdat propriam quidditatem & ſubſtantiã. Cum autem chriſti ſanguis ſit ſub accidentibus vini hoc modo, quia prius eſt ibi ſubſtantia ſanguinis, & mediante ſubſtantia ſunt ibi accidentia ſua propria, ſi ſanguini exiſtenti ſub accidentibus vini, prout ibi exiſtit, poſſet accidere tranſmutatio aliqua, prius contingeret ibi tranſmutatio in ſubſtantia, & vltimo contingeret accidẽtia tranſmutari. Nam ſi non ſunt ibi accidentia ſanguinis, niſi mediante ſubſtantia, ſecundum illum modum, ſecundum quem in ſacramento altaris ponitur eſſe ſanguis, non poſſet trãſmutatio accidere in accidẽtibus propriis ipſius ſanguinis, niſi prius quidditas & ſubſtantia ſanguinis eſſet tranſmutata. Et quia hoc eſt contra ordinem naturalem, quod prius fiat tranſmutatio in ſubſtantia quàm in accidentibus, vinum poſt conſecrationẽ in calice appoſitum, ſecundum naturalem actionem (quia de tali loquimur) nõ poterit ſanguinem tranſmutare, & alterare, qa madefacere, & humectare, eſt quoddam tranſmutare & alterare. Vinum ergo poſt conſecrationem in calicem quantũcunq; circa ſanguinẽ appoſitum, quia funditur circa accidentia prioris vini ſanguinem continentia, impoſſibile eſt quod humectet vel madidet, vel alteret circunfuſum. Multo minus igitur madidare, vel alterare poterit corpus chriſti, quod eſt ſub ſpecie vini, cum non ſit ibi ex vi ſacramenti, ſed ex naturali concomitantia. Quare ſi per id, quod latet ſub accidentibus prioris vini, vellemus intelligere corpus chriſti, & non ſanguinem, planum eſſet, quod hoc corpus per vinum appoſitũ, nec madefieri, nec alterari poſſet. Declarata ſunt igitur illa quinq;, quæ tanguntur in litera, videlicet:

Epilogus. *Primum.* Quod ſi poſt conſecrationem vinum ponatur in calicem, primo vinum illud nõ tranſit in ſanguinem. *Secundum.* Secundo, vinum illud nequaquàm ſanguini cõmiſcetur. *Tertium.* Tertio, licet vinum illud non cõmiſceatur ſanguini, cõmiſcetur tamen accidentibus prioris vini, ſub quibus ſanguis velatur & latet. *Quartum.* Quarto, quòd hoc vinum circũfunditur ſanguini illi quod latet ſub accidentibus illis. *Quintum.* Quinto & vltimo, vinum ſic appoſitum, licet circũfundatur ſanguini, tamen non humectat, nec madidat, nec alterat ſanguinem circunfuſum, ideſt ſanguinem circa quem funditur. Deinde cum dicit. (Ipſa tamen accidẽtia.) Declarat quomodo, ſecundum tertiã opinionem, aqua ante conſecrationem in calicem appoſita alteretur quantum ad accidentia. Vbi ſic ait. (Ipſa tamẽ accidentia vinum appoſitum videntur afficere, quia ſi aqua fuerit appoſita vi- »
ni ſaporem aſſumit. Contingit igitur accidentia »
mutare ſubiectum, ſicut & ſubiectum cõtingit »
accidentia permutare. Cedit quippe natura mi- »
raculo, & virtus ſupra conſuetudinem operatᷣ.) »
Notandum autem quod ſi poſt conſecrationẽ vinum vel aqua apponatur in calice, hoc appoſitum omnino alteratur, & afficitur ſecundũ accidentia vini prioris, ſub quibus ſanguis chriſti velatur & latet. Ex his ergo opinio illa videtur aliquo modo vera, probabilis, & apparens, dicens, aquam ante conſecrationem appoſitam, non tranſmutari ſecundũ ſubſtantiam, ſed ſecundum accidẽtia alterari, cum vinum poſt cõſecrationem appoſitum, non tranſmutetur ſecundum ſubſtantiam, ſed ſit ſecundum accidẽtia alteratum. Sed tamen non eſt ſimile, quod pro ſimili adducitur, quia poſt conſecrationem miraculosè eſt in calice ſanguis, in quem nec vinum, nec aliquis liquor non poteſt naturaliter conuerti: ſed ante conſecrationem in calice habet eſſe vinum. Cum autẽ multum vini modicũ aquæ ad ſe naturaliter attrahat, & conuertat, illud modicum aquę, quod ante conſecrationẽ in calice ponitur, naturaliter in vinum tranſit, & poſtea illud vinum totum ſic miſtum, per verba à ſacerdote prolata, virtute diuina, & miraculosè in chriſti ſanguinem tranſmutatᷣ. *In cõſecratione accidentia duobus modis ſubiectum mutare dicuntur.* Notandum autem, quod in conſecratione, accidẽtia panis & vini duobus modis ſubiectum mutare dicuntur. Vno quidem modo, nõ quòd ipſa accidentia alii ſubiecto inhæreant, nec quòd aliud ſubiectum formaliter informent, ſed quia miraculoſe ſine ſubiecto exiſtentia, proprium ſubiectum, ſubſtantiam videlicet, panis & vini, derelinquunt. Alio verò modo dicuntur mutare ſubiectum, quia ſi poſt conſecrationẽ aliud vinum apponatur in calicem, accidentia prioris vini, ſub quibus latet verus chriſti ſanguis, alterant vinum eis appoſitũ, & ab eodem vino alterantur, cum ex vtraq; parte eodem afficiantur ſapore, odore, colore, &c. quæ tamen ab inuicem ſubiecto differunt. Notandum etiam quod ſecundum expoſitionem tertiam, accipiẽdo mutare pro derelinquere, ſic eſt continuanda hæc litera ad præcedentem. Dixerat enim ſupra, vinum poſt conſecrationem appoſitum, nõ commiſceri ſanguini, ſed cõmiſceri accidentibus prioris vini. Cum ergo, vt dicebatur ſuperius, impoſſibile ſit aliquid cõmiſceri accidentibus, niſi accidentia ſubiectum ſuũ derelinquãt,

& habeant

» & habeant per ſe eſſe, ideo ait. (Quod ſicut cõ
» tingit ſubiectum naturaliter mutare, (ideſt, de-
» relinquere) accidentia ita in hoc ſacramẽto mi
» raculoſe contingit accidentia mutare, (ideſt, de
» relinquere) ſubiectum, & eſſe ſine ſubiecto. Hic
» ergo natura cedit miraculo, quia hoc non na-
turaliter, ſed miraculoſè fieri poteſt, & virtus di
uina hic operatur ſupra conſuetudinem, (ideſt,
ſupra ſolitum naturę curſum.) Notandum etiã
quod ſecundum expoſitionem ſecundã, accipiẽ
do mutare pro tranſmutare, & alterare, ſic con
tinuanda eſt hæc litera. Dixerat enim quod ac-
cidentia prioris vini videntur afficere, ideſt, trãſ
mutare, & alterare vinum appoſitum, & quia
impoſſibile eſt quod accidentia per ſe alterent,
aut per ſe alterẽtur, niſi habeant per ſe eſſe, ideo
ait, quod cedit natura miraculo, quia accidẽtia
prioris vini, ſub quibus eſt ſanguis chriſti, mira
culoſè habent per ſe eſſe, & habẽdo per ſe eſſe,
poſſunt alterare, & alterari. Miraculoſè itaq;
hic contingit accidentia prioris vini mutare,
ideſt, tranſmutare, & alterare vinum appoſitũ,
ſimiliter & tranſmutari, & alterari ab eodem vi-
no appoſito. Notãdum etiam quod poſſet for-
te quis huic literę dare tertium intellectum, ſa-
tis conſonum ſuperficiei verborum, & ſatis con
ſonũ continuationi textus, vt diceremus, quod
ſicut ſubiectum mutat accidentia, quia ſubiectũ
naturaliter prius eſt ſub hoc accidẽte, & poſtea
ſub alio, ſic miraculoſe accidentia ſubiectũ mu-
tarent, videlicet, quod prius eſſent in hoc ſubie
cto, & poſtea in alio. Hoc aũt ſuperficialiter ſa-
tis eſt literæ cõſonum, & ſatis videtur continua
ri ad præcedentia, cum habitum ſit, quod acci-
dentia prioris vini videantur afficere vinum po
ſtea appoſitum, vt dicatur quod accidẽtia prio
ris vini, ideſt quæ, vt in ſubiecto, erant in priori
vino, afficiant vinũ appoſitum, ideſt vt poſtea
ſint in ipſo vino appoſito, vt in ſubiecto. Qua-
re ſicut ſubiectum mutat accidentia, quia vadit
de accidente in accidens, ſic & ipſa accidẽtia mu
tant ſubiectum, quia vadunt de ſubiecto in ſub
iectum. Sed hæc expoſitio, nullo modo eſt ad-
mittenda. Nam non eſt quęſtio quid Deus poſ
ſit facere, ſed quid in hoc ſacramento faciat. In
hoc enim ſacramento, diuina virtute fit, quod
pane tranſubſtantiato in corpus, accidentia pa
nis habeãt eſſe per ſe, & ſint ſine ſubiecto, & de-
relinquant ſubiectum proprium, non tamen fit
quod accidentia illa derelinquendo ſubiectum
proprium, inſit alteri ſubiecto. Similiter vino
tranſubſtantiato in ſanguinem, accidentia vini
ſunt ſine ſubiecto proprio, non tamẽ fit quod
accidentia illa inſint alteri ſubiecto, ſed qđ per
ſe exiſtant. Accidentia ergo prioris vini vinum
appoſitum afficiunt, nõ quod ei inſint, nec qđ
tranſmutentur in ipſum, ſed illa accidentia vi-
num appoſitũ ita afficiunt, quia ipſum alterant,
& tranſmutant. Sic etiam, ſi aqua ibi apponere-
tur, vini ſaporem aſſumeret, non quod ſapor,

Accidentia de ſubiecto in ſubiectũ naturaliter trãſmigrare nõ poſſunt.

qui prius erat in vino, poſtea eſſet in aqua &
iret à ſubiecto in ſubiectum, ſed quia accidẽtia
prioris vini afficerent, ideſt tranſmutarent & al
terarent aquã appoſitam, per quam alteratio-
nem, huiuſmodi aqua vini ſaporem aſſumeret.
Deinde cum dicit. (Sed nec incõueniens.) Poſt
quam oſtendit opinionem tertiam, dicentem a-
quam in calice appoſitam non tranſmutari ſe-
cundum ſubſtantiam, ſed alterari ſecundũ acci
dentia, habere aliquam probabilitatẽ, hic oſten
dit idem de opinione prima, Oſtendens quod
opinio prima, dicens aquam in calice appoſitã,
non manere ſecundum ſubſtantiam, ſed tranſ-
mutari in aquã illam, quæ ex chriſti latere ema
nauit, ſit etiam probabilis, & apparens. Vnde
ſic ait: (Sed nec inconueniens creditur, aut ab- »
ſurdum, ſi aqua in corpore chriſti eſſe credatᷣ, »
cum legatur de ipſius corpore proceſſiſſe.) & »
tunc ſupplenda eſt litera, quod ſi in illo corpo »
re non ſolum eſt ſanguis, ſed etiam aqua, pro-
babile videtur, quod ſicut vinum in calicem ap
poſitum conuertitur in ſanguinem chriſti, ſic
aqua ibi appoſita conuertatur in aquam, quæ
in illo corpore habet eſſe. Notandum autem
quod aqua illa, quæ de chriſti corpore emana
uit, vt dicitur in hac eadem Rub. cap. In qua-
dam noſtra epiſtola: quadrupliciter eſſe potuit,
quia vel fuit naturalis, uel fuit ibi miraculoſè ad
ducta, uel fuit de nouo creata, vel fuit de cõpo
nentibus reſoluta, ſicut in decretali illa videtur
magis approbari, ubi iſta uerba tanguntᷣ. Quia
cum quatuor humores ſint in humano corpo
re, videlicet, ſanguis, colera, flegma, & malenco
lia, & quatuor elementa, iſtis quatuor humori-
bus dominantia ex quibus iſti humores ſunt cõ
poſiti, videlicet ignis, qui dominatur in colera,
Aer, qui in ſanguine, aqua, quæ in flegma, ter-
ra, quæ in malencolia. Chriſtus, ut oſtenderet
ſe habere uerum corpus, protulit vnum uerũ
humorem ex elementis compoſitum, uidelicet
ſanguinem, & unum uerum elementum, ex ali-
qua parte ex iſtis humoribus reſolutum, videli
cet aquam. Notandum etiam quod ſicut tertia
opinio, dicens aquã poſt uinum in calicem ap-
poſitam non tranſmutari ſecundum ſubſtan-
tiam, aliquo modo erat apparens & probabilis,
non tamen erat uera, ſic iſta opinio prima dicẽs
vinum trãſmutari in ſanguinem chriſti, & aquã
tranſmutari in aquam illam quæ ex eius ſangui
ne emanauit, licet habeat aliquam apparentem
probabilitatem, non tamen eſt uera. Quod du
plici uia declarare poſſumus. Primo ex parte
ueritatis rei. Secundo ex parte formæ uerborũ.
Prima uia ſic patet. Nam ſicut inter quatuor
aſſignatos probabilior modus eſt hic, ueram. ſ.
aquam ex chriſti corpore emanaſſe, quæ de cõ
ponentibus ex aliqua parte fuit reſoluta. Cum
autem uera aqua ſit reſoluta, uel etiam quocũq;
alio modo in corpore illo extitiſſet, ut habet
eſſe ſub forma elementi, & ſub forma propria,

In humano corpore ſunt quatuor humores, qbus quatuor elemẽta ex qbus cõponũtur dominantur.

Cõfutatio primæ opinionis de aquæ conuerſione.

Prima ratio.

Aqua ſub forma propria nõ eſt de veritate humanæ naturæ.

non ſit de veritate humanę naturæ, quia tunc in corpore quolibet humano eſſet huiuſmodi vera aqua, non videtur eſſe hæc opinio concedenda. Quia tunc in hoc ſacramento aliquid conuerteretur in aliud quod (vt huius eſt) ad veritatem humanæ naturæ pertinere nõ põt.

Secunda.

Secũda via ad hoc idem, ſumitur ex forma uerborum. Nam cum uirtute diuina, & per verba cum intentione conficiendi à ſacerdote prolata, fiat conuerſio, & tranſubſtantiatio in hoc ſacramento, impoſſibile, & abſurdum eſt fieri cõuerſionem, & tranſubſtantiationẽ in aliquid, de quo in forma verborum nulla fit mentio. Et quia ſecundum formam verborum in canone traditam, & à chriſto expreſſam, ſolum fit mẽtio de tranſubſtantatione in corpus, cum dicĩ hoc eſt corpus meum, & in ſanguinem, cum ſubiungitur, hic eſt calix ſanguinis mei, quamuis omnino credendum ſit, veram aquam ex illo corpore emanaſſe, in illam tamen aquam non fit tranſubſtantiatio, nec econuerſo, quia huic formæ uerborum non ſonat. Quicquid ergo ſit de ratione prima, hæc tamen ratio ſecunda arguit & concludit.

VERVM inter opiniones, &c.) Hic, vt dicebatur, declarat opinionem ſecundam, oſtendens eam inter omnes probabiliorẽ eſſe, & potiorem. Circa quod duo facit. Quia primo facit quod dictum eſt. Secũdo declarat quod ſupposuerat. Ibi. (per hoc enim.) Dicit ergo. (Ve
» rum inter opiones prædictas, illa, (opinio vide
» licet ſecunda,) probabilior iudicatur, quæ aſſe
» rit aquam cum vino in ſanguinem trãſmutari,
» vt expreſſius eluceat proprietas ſacramenti. Nã
Apoc. 17. » cum aquæ multæ ſint populi multi, iuxta quod
Eſai. 32. » alibi legitur: Beati qui ſeminant ſuper aquas,
» ideo vino aqua unitur, vt chriſto populus adu
» netur.) Notandum autẽ quod aquæ propter ſuam pluralitatem, & multitudinem repręſentant ipſum populum, vel ipſa membra Chriſti. Nam licet chriſtus vnus ſit, membra tamen eius ſunt plura & multa. Beati ergo ſunt, qui ſeminant ſuper aquas, videlicet, beati ſunt, qui ſuũ laborem, & ſuum ſemen ſeminant ſupra membra chriſti.

Aquæ propter ſuã multitudinẽ populũ repræſentant.

Notandum quod hoc ſacramẽtum fuit maximè dilectionis ſignum. Quia hoc fuit maxime dilectionis argumẽtum, quod chriſtus nobis ſeipſum in cibum dederit. Et quia aqua figurat ipſum populum, vel ipſa chriſti mẽbra, hæc aqua vino vnitur, ut detur intelligi, quod per hoc ſacramentum per charitatem, & dilectionem populus chriſto, & membra ſuo capiti coniunguntur. Hoc etiam ſacramentum, eſt ſignum paſſionis chriſti. Nam ſecundum ſententiam apoſtoli, quotienſcunq; hoc facimus, mortem domini annuntiamus. Iccirco in hoc ſacramento eſt notabiliter conſiderandum, qđ ſanguis conficitur per ſe, & corpus per ſe, & hoc enim fit in ſignum paſſionis chriſti, quia ibi fuit ſanguis à corpore ſeparatus. Nã licet ſub vtraq; ſpecie ſit totus chriſtus, attamen ex vi ſacramenti, ſub ſpecie vini eſt ſanguis tantum, & ſub ſpecie panis eſt corpus tantum.

Sacramẽtũ eucharistiæ eſt ſignum maximè dilectionis & paſſionis xpi.

Primæ cor. 2.

In altaris ſacramẽto aqua cõmiſcetur vino ꝓpter tria.

Notandum etiam in hoc ſacramento aquam cõmiſceri vino propter tria. Primo in ſignum conformationis. Secundo in ſignum paſſionis. Tertio in ſignũ dilectionis. Primo enim appoſitio aquæ in vinum eſt ſignum conformationis. Significaĩ.n. quod hoc faciendo, chriſto cõformamur. Credibile enim eſt, quod cum ibi vltra mare ſint vina fortia & potentia, uinum quod chriſtus bibebat, & quod habebat in calice, & quod tranſubſtantiauit in ſanguinem, eſſet uinum aqua mixtum. Nos ergo in hoc uolentes chriſto conformari, aquam in calicem ponimus. Secundo hoc fit in ſignum paſſionis, quia cum ex latere IESV Chriſti ſanguis & aqua emanauerit, vt repręſentemus paſſionem eius, ponimus in calicem non ſolum vinum, ſed etiam aquam.

Ioan. 19.

Tertio hoc fit in ſignum dilectionis. Nam, vt dicitur in litera, aqua uino mixta, ſignificat quod membra chriſti capiti coniunguntur. Et quamuis ſi non apponeretur aqua, in ſolo uino poſſet fieri ſacramentum, licet peccaret ſic faciens. Debet tamen apponi modicum de aqua, quia appoſitio aque fit propter quandam repræſentationem. Ad talem autem repræſentationem faciendam, ſufficit tantum tres guttas aquæ vel circa quantitatem huiuſmodi, apponere.

Et ſi ſacerdos conficeret, peccaret tamen ſi aquã uino non apponeret.

Notandum etiam quod hæc ſecunda opinio dicẽs aquam in calicem appoſitam naturaliter tranſire in vinum, & poſtea totum uirtute diuina ſupernaturaliter conuertatur in ſanguinem, eſt potior & melior quàm opiniones aliæ. Imo hæc eſt uera & alię nõ ſunt ueræ, propter tria quæ ſaluanda ſunt, & ſaluantur ſecundũ hanc opinionem, & non ſecundũ alias. Saluatur.n. hoc poſito, neceſſitas naturalis actionis, veritas tranſubſtantiationis, & proprietas ſignificationis. Primum ſic patet. Nam neceſſitas naturalis actionis requirit, quod ſi modicum paſſiui ponatur iuxta multum actiui, ſtatim in actiuum tranſeat, & ſtatim actiuum conuertat paſſiuum in ſe. Vt ſi modicum ſtupæ, vel modicum alterius combuſtibilis, ponatur iuxta magnũ ignẽ, ſtatim illud cõbuſtibile ignitur, & in ignem cõuertitur. Sic etiam ſi modicum aquæ ponaĩ in multo uino, ſtatim aqua illa conuertetur in vinum, & ſtatim uinum aquam illam in ſe conuertit. Quare cum ſecunda opinio hęc ponat, & dicat, ſaluat neceſſitatem naturalis actionis, quã tamen nec tertia opinio, nec prima ſaluare poteſt. Nam tertia opinio contrarium plane aſſerit, dicens, quod aqua in calicem appoſita non corrumpitur, nec tranſmutatur ſecundum ſubſtantiam, ſed alteratur ſolum ſecundum accidẽtia. Sic etiam prima opinio contrariũ aſſerit, ſiue aſtruit dicens, aquam in calice appoſitam, non cõuerti in vinum, nec in ſanguinem, ſed in illã aquam, quæ de latere domini emanauit. Sed cũ

Probatio ꝙ tãtum ſecũda opinio de aquæ cõuerſione, ſit uera.

Prima rõ.

Primo de Ge. t.c. 47.

in conſecratione vini à ſacerdote nulla penitus mentio fiat de aqua, ſed tãtummodo de ſangui guine, impoſſibile & abſurdum videtur, quod fiat conuerſio in aquam de qua in forma verborum conſecrationis nulla omnino fit mentio.

Negat etiam hæc opinio prima neceſſitatẽ naturalis actionis, dicens, tam modicum aquæ tanto tempore ſtare cum multo vino abſq; eo qd in vinum tranſeat, & quod ſecundum ſubſtantiam corrumpatur. Vt ergo ſaluetur neceſſitas naturalis actionis, tenẽdum eſt aquam illam naturaliter conuerti in vinum, & poſtea totum ſupernaturaliter in ſanguinẽ pertranſire. Et ideo monẽdi ſunt ſacerdotes, quod valde modicum apponant de aqua, ad hoc vt facilius in vinum conuertatur. Nam tantum poſſet ibi apponi de aqua, quod non fieret ſacrificium, nec eſſet in calice ſanguis chriſti.

Qua de cauſa monẽdi ſint ſacerdotes ꝙ in conſecratione ſanguinis modicũ aquæ apponant ĩ calice

Secunda.

Secunda via ad oſtendendũ ſecundam opinionem eſſe potiorem & veram, ſumitur ex veritate tranſubſtantiationis. Veritas autem tranſubſtantiationis accipienda eſt ſecundum formam verborum, vt cum dicitur, hoc eſt corpus meum, exponendum eſt ſic. Hoc ideſt quod continetur ſub hoc, vel quod continetur ſub his ſpeciebus, videlicet, ſub ſpeciebus panis, eſt corpus meum. Ita quod verba illa non ſolũ ſunt ſignificatiua, ſed etiam factiua, quia virtute illorum verborum fit, quod tota illa ſubſtãtia panis, quæ continetur in hoſtia, ſuper qua hęc verba dicuntur, conuertatur in corpus chriſti. Ita quod nihil remanet de ſubſtãtia contẽta in hoſtia, vel contenta ſub ſpeciebus illius panis, quod non conuertatur in corpus chriſti. Sic etiam, cum dicitur ſup calicem, hic eſtꝰ calix ſanguinis mei, ſic eſt exponẽdum. Hic, ideſt quod continetur hic, uel quod continetur in hoc calice, ſiue qd continetur ſub ſpeciebus exiſtentibus in hoc calice, eſt ſanguis meus. Nam uirtute illorum uerborum fit, quod tota ſubſtantia, quæ eſt in calice, uel ſub ſpeciebus exiſtentibus in calice, tranſubſtantietur in ſanguinem chriſti. Hanc autem ueritatem tranſubſtantiationis ſaluat ſecũda opinio dicens, aquam in calice appoſitam in uinum tranſire, & poſtea totũ illud quod eſt in calice uirtute diuina tranſubſtantiari in ſanguinem. Tertia autem opinio dicens, aquam in calicem appoſitam non tranſmutari ſecundum ſubſtantiam, & etiam prima opinio dicens, aquam non tranſmutari in vinum, nec conuerti in ſanguinem, ſaluare nõ poteſt hanc veritatem expreſſam per uerba à ſacerdote prolata, ſecundum quæ tota illa ſubſtantia, quæ eſt in calice, conuertitur in ſanguinem. Ideo ualde periculoſum eſt, ponere tranſubſtantiationem illam aliter fieri, quàm ſonet forma verborum quam chriſtus expreſſit, & quam nobis apoſtoli tradiderunt. Et quia ſic fieri tranſubſtantiationem, ſaluat ſolum ſecunda opinio, & non prima nec tertia. Solum illa à fidelibus eſt tenenda.

Quo nã pacto verba cõſecrationis exponẽda ſint.

Tertia.

Tertia uia ad declarandum ſecundam opinionem eſſe ueram ſumitur ex proprietate ſignificationis. Nam ideo uera aqua uino unitur, ut ſignificetur quod membra chriſti capiti ſuo cõiunguntur. Cum ergo nec prima, nec tertia opinio ponat, aquam in calicem appoſitam perfectẽ uino uniri, & in uinum tranſire, ab hac proprietate ſignificationis deficiunt. Hæ ergo tres viæ ſunt oſtenſiuæ probantes opinionem ſecũdam eſſe ueram, non tertiam, nec primam.

Ideo in calice vera aqua vino unitur vt ſignificetur qꝫ membra chriſti capiti ſuo coniunguntur.

Quarta.

Poſſet autem adduci quarta uia probans hoc idem, ad impoſſibile deducendo. Nam ſi quantũcũq; modica aqua multo uino in calicẽ appoſita in uinum non tranſit, ſed uel manet intranſmutata, ſecundum ſubſtantiam, ut dicit opinio tertia, uel tranſubſtantiatur in aquam, quæ de latere chriſti emanauit, ut dicit opinio prima, ſic ergo à ſimili, ſi modicum uinũ cum multa aqua poneretur in calicem huiuſmodi uinum, ſecundum ſubſtantiam, non corrumperetur ab illa aqua, ſed poſſet conuerti in ſanguinem, qui fluxit de latere chriſti, ſicut modica aqua multo vino vnita poteſt conuerti in illam aquam, quæ ex illo latere emanauit. Quantũcũq; itaq; in calicem poneretur de aqua, poſſet eſſe ibi ſacrificium, quod nullus ſane mentis diceret, & quod eſt inconueniens, & abſurdum. Deinde cum dicit.(Per hoc enim quod ſuſcepit.) Declarat qd dixerat, oſtẽdens quod nos ſuſcipientes hoc ſacramentum noſtro capiti iungimur, & vnimur. Quam coniunctionem aqua in calice vino vnita figurat, & repręſentat. Vnde ſic ait. (Per hoc enim quod ipſe chriſtus ſuſcepit de noſtro, (qa videlicet accepit carnẽ noſtram, & naturam noſtram,) & accepimus ipſi de ſuo, (ſumendo ſcilicet carnem ſuam & ſanguinem ſuum.) Tam inſolubili nexu coniungimur, ut, (ipſe dei filius) qui eſt vnum cum patre per ineffabilem unitatem, (ideſt per vnitatem naturæ & ſubſtantiæ,) fiat nobiſcum vnum per admirabilem vnionẽ, (ideſt per vnitatẽ dilectionis & gratiæ,) ac per hoc, (quod ſimus unum cum patre, & etiam cũ ſpiritu ſancto, unde ipſe idem chriſtus inquit in euangelio.) pater ſancte ſerua eos quos dediſti mihi, vt ſint unum ſicut & nos, (videlicet vnum ſumus. Io. 17. Et quia chriſtus uolebat nõ ſolum apoſtolos eſſe ſic vnum, ſed etiã & omnes alios credituros per apoſtolos, ſubiunxit. (non pro his (.i. apoſtolis) rogo tantum, ſed pro eis qui crediturì ſunt in me per verbum eorum, ut & ipſi, (ſic credituri,) in nobis vnum ſint & (ipſis ſic credentibus, & fidei poſtea ſic ampliata) mundus credat quia tu me miſiſti.) Notandũ quod licet apoſtolis credentibus non ſtatim mundo innotuit chriſtum fuiſſe miſſum à Deo patre, tamen apoſtolis prædicantibus, & aliis credentibus, & fide ampliata, hoc mundo innotuit, & mundus credidit, ideſt gentes crediderunt chriſtum eſſe uerũ dei filium & à deo pr̃e miſſum.

TERTIA PARS.

TERTIO loco fraternitas tua etc.) Soluta dubitatione ex additione formæ, & ex conuerſione aquę, hic tertio loco, vt dicebatur, ſoluitur dubitatio ex mutatione ſecretę. Et maxime ſoluitur dubiũ de eo qđ mutatum eſt in ſecreta oratione ſancti Leonis. Circa quod. D. Innocentius duo facit, quia primo narrat huiuſmodi dubitationem. Secundo dubitationi ſubiũgit ſolutionem. Ibi. (Super quo
» reſpondemus.) Dicit ergo. (Tertio loco frater
» nitas tua requiſiuit, quare fuerit mutatũ, quod
» in ſecreta beati Leonis ſecundum antiquiores
» codices continetur ſic, videlicet: Annue nobis
» domine, vt animæ famuli tui Leonis hęc proſit
» oblatio, cum in modernis ſacramẽtariis habea
» tur, Annue nobis quæſumus domine, vt inter
» ceſſione beati Leonis hæc nobis pſit oblatio.) Notandum autem quod pro quolibet ſancto cuius miſſa cantatur, vel cuius cõmemoratio in miſſa celebratur, tres orationes dicuntur, quarum duæ dicuntur alte, & tertia dicitur ſecrete & ſub ſilentio. Et inde eſt, quod huiuſmodi oratio ſecrete dicitur, eo quod ſubmiſſa voce, & ſub ſilentio proferatur. Dubitabat ergo Archiepiſcopus Lugdunẽſis circa ſecretam beati Leonis, eo quod huiuſmodi ſecreta ſit immutata, qa in antiquis & modernis codicibus aliter & aliter continetur. Deinde cum dicit. (Super quo reſpondemus,) ponitur dubitationis ſolutio. Circa quod tria facit. Quia primo aſſignatur probabilis, & ſufficiens cauſa, quare facta ſit talis immutatio. Secundo (ad ſuſtinẽdum antiquos codices) adducitur ſpecialis ratio. Tertio de orationibus quę fiunt pro valde bonis, & pro aliis defunctis, ſubinfertur quædam generalis diſtinctio. Secunda ibi. (Licet plerique reputent.)
» Tertia ibi. (Verum vtrum in hoc articulo.) Di
» cit ergo. Super quo (ideſt ſuper qua dubitatio
» ne) reſpondemus, quod cum ſanctæ ſcripturæ
» dicat auctoritas, quod iniuriam facit martyri, q
» orat pro martyre. Idem eſt ratione cõſimili de
» ſanctis aliis.) Sciendum quia ſancti orationibus noſtris non indigent, pro eo quod, cũ ſint perfecte beati, omnia eis ad vota ſuccedũt: ſed nos potius eorum orationibus indigemus, quos cũ miſeri ſimus, vndique mala noſtra perturbant, inde eſt quod cũ in pleriſque orationibus continentur, proſit, vel proficiat talis oblatio huic ſancto, vel illi, exponendum ad gloriam, & honorem. Vnde ita debet intelligi, vt oblatio, vel oratio illa, ad hoc proſit, quod ſanctus ille magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris: non autẽ intelligenda eſt vt illius ſancti eſſentiale præmium augeatur in cęlis. Notandũ autem quod cum antiqui codices dicerent vt oblatio prodeſſet animæ beati Leonis, ne ex hoc ſumeretur errandi occaſio: & crederetur quod ſancti ad ſuum eſſentiale præmium conſequendum, vel augendum noſtris orationibus indigeant, in modernis codicibus mutatum eſt, & non dicitur qđ oblatio proſit animę beati Leonis, ſed quod interceſſione ipſius beati Leonis illa oblatio proſit nobis. Probabilis ergo & ſufficiens cauſa huius mutationis eſt ſic aſſignãda, quod facta eſt talis mutatio, vt errandi occaſio tolleretur. Notandum etiam quod licet ſecundum antiquiores codices de beato Leone habeatur ſecreta, quæ male intellecta det errandi occaſionem, tamen (ſi bene intelligitur) veritatem habet, vt exponatur ſecundum quod litera dicit, videlicet, vt à chriſti fidelibus magis ac magis glorificetur in terris, non (vt dicebat) quod ſuum eſſentiale præmium augeatur in cęlis. Deinde cum dicit. Licet plerique. Adducit
ſpecialem rationem dicens, (licet pleriq; repu »
tent nõ indignum ſanctorum gloriam vſq; ad »
iudicium augmentari: & ideo eccleſiam interim »
ſane poſſe augmentum glorificationis eorum »
ideſt ſanctorum optare.) Notãdum autem duplex eſſe prę mium ſanctorum, vnum videlicet eſſentiale, alterum vero accidentale. *Sanctorũ præmium duplex, vз, eſſentiale, et accidẽtale.* Præmium autem eſſentiale dicitur gaudium quod habent de obiecto increato, ideſt, de deo: & quia hoc prę mium reſpondet radici charitatis, cum ſancti non ſint vlterius in ſtatu merendi, & eorum charitas ſit in termino, in termino ſunt quantũ ad eſſentialem gloriam, & eorum eſſentiale prę mium directè non augetur. Aliud autẽ eſt præmium accidẽtale, & hoc eſt gaudium quod habent de ſocietate ſanctorum, vel de quocũq; alio obiecto creato: hoc autem gaudium dicere poſſumus quod augeatur vſq; ad diem iudicii, cum ſemper continuè aliqui ad cęlum euolent, & ſanctorum ſocietas vſq; ad diem iudicii augmẽtetur: nam ſicut vnũ lignum, quod cum multis aliis lignis comburitur, non minus immo magis comburitur, ſic etiam quilibet beatus non minus immo magis gaudet aſſociatus cum aliis beatis gaudendo de bonis illorum, cũ ardenti ardeat charitate: & quia qlibet beatorũ gaudet de bonis alterius beati, quanto plures beatificantur, tanto magis gaudent. Quare ſi (vt dicebatur) vſq; in diem iudicii ſemper aliqui ad cęlum aſcendunt, & volant, vt augeatur ſanctorum ſocietas, oportet ex hoc, gaudium cuiuſcunq; beati (quod dr̃ accidẽtale præmium) augmentari. Notandum etiam ex hoc poſſe ſumi ſpecialem rationem quomodo veritatem habeat illa ſecreta quæ de beato Leone in antiqs codicibus ſcribebatur. *Duobus modis accidentale præmium beatorum augeri poteſt.* Vbi dicebat quod oblatio illa ſancto Leoni prodeſſet, oblationem ergo aliquam, aut orationem alicui ſancto prodeſſe, ſic poteſt intelligi, non ſolum vt ille ſanctus magis à fidelibus glorificetur in terris, ſed etiam vt magis gaudeat in cęlis, non quantũ ad eſſentiale gaudium, quod eſt de obiecto increato, ſed quantum ad accidentale quod eſt gau-

dium

dium de ſocietate beatorum, vel de aliquo alio obiecto creato. Nam & ipſa bonorum ſocietas, non eſt bonum increatum, ſed creatum. Hoc ergo modo debemus orare, vt oblatio pſit ſancto, vt nos per illam orationem trahamur ad cęlum, & ſcimus de ſocietate ſanctorum, qua ſocietate augmentata, gaudium illius ſancti, vel illorum ſanctorum, cuius vel quorum in miſſa cõmemorationem facimus, augmentabitur. Notandum etiam idem eſſe orationem, vel oblationem ſic prodeſſe ſancto (vt dicunt antiqui codices) & orationem illam vel oblationẽ, per interceſſionem illius ſancti prodeſſe nobis (vt in modernis codicibus continetur,) quia nihil magis proficuũ nobis optare poſſumus, quàm quod efficiamur de ſocietate ſanctorũ, & augmentemus ſocietatem illam, qua augmentata, augmentabitur gaudium accidentale cuiuſcũq; aliorum ſanctorũ. Quapropter (ſi bene & ſubtiliter veritatem aſpicimus) moderni, & antiqui codices in hac parte quodammodo ſententialiter idem dicunt. Deinde cum dicit, Verum, etc. ponit quãdam generalẽ diſtinctionem, quæ tradita eſt ab Auguſtino in ſuo Enchiridio, dicẽs.

Aug. in Enchi. ad Laurentiũ, ca. 110

Decedẽtes ex hac vita in triplici ſunt differentia.

» Verum vtrum in hoc articulo locum habeat
» illa diſtinctio, qua docetur quod defunctorum
» alii ſunt valde boni, alii ſunt valde mali, alii me
» diocriter boni, alii mediocriter mali. Vnde ſuf
» fragia quæ ſunt à fidelibus in eccleſia pro valde
» bonis, actiones ſunt gratiarũ, pro valde malis,
» conſolationes viuorum.) Expiationes verò p
» mediocriter bonis, & propitiationes pro me
» diocriter malis.) Vtrum ergo hæc diſtinctio lo
» cum habeat in hoc articulo, & in hac dubitatio
» ne quam quæſiuiſti, tua diſcretio inueſtiget.

Notandum autem quod ea quæ fiunt pro valde bonis idest p ſanctis ſunt gratiarum actiones. Nam in ſolẽnitatibus ſanctorũ in his, quæ in eccleſia de ſanctis dicimus non oramus pro eis, ſed laudamus deum, & benedicimus deo, & ei gratias agimus, quod ſancti per eius auxiliũ ad tantam gloriam peruenerint. Ex hac autem diſtinctione patet quod ſancti non egent orationibus noſtris. Et per hãc diſtinctionem ſolui poteſt dubitatio propoſita. Vt ergo. D. Papa excitaret mentem Archiepiſcopi Lugdunenſis, ait, quod vtrum hæc diſtinctio locum habeat in hoc articulo, ideſt vtrũ per hãc diſtinctionẽ ſolui poſſit dubitatio, quam ipſe ei propoſuerat, eius diſcretio inueſtiget. Notandum etiam qđ ea quæ fiunt pro valde malis, ideſt pro eis qui ſunt in inferno, ſunt viuorum conſolationes. Quia licet ea, quæ fiunt in eccleſia pro dãnatis non proſint eis, amici tamen eorum, & conſanguinei, qui viuunt, gaudent, & conſolantur, videntes pro eis fieri tales ſolẽnitates, quia neſciũt eos damnatos eſſe. Notandum etiam apud aliquos eſſe dubium, qui vocẽtur mediocriter boni, & mediocriter mali. Dicũt enim quidã illos eſſe mediocriter malos, qui habent multa peccata venialia, mediocriter verò bonos, qui pauca. Sed quoniam vt hic inferius patebit, idẽ ſunt mediocriter boni, & mediocriter mali, licet alio, & alio modo. Quia alia, & alia ratione, ſic & ſic nuncupantur. Ideo aliqui alii dixerunt qđ mediocriter boni ſunt illi, qui decedunt in venialibus. Mediocriter verò mali ſunt, qui decedunt in mortalibus, leuibus tamen. Valde autem mali ſunt, qui decedunt in mortalibus, ſed grauibus. Sed hoc nõ poteſt ſtare, quia cum omnes decedentes, in quibuſcunq; mortalibus decedant, ad infernum deſcendant, & ea quæ fiunt in eccleſia pro mediocriter malis, ſint propitiationes, poſſet eſſe aliqua propitiatio his q ſunt in inferno, & eorum pęna diminui poſſet, et ad vltimũ totaliter diminui, & penitus tolli, quod eſt inconueniens. Nec valet quod quidam dicunt eorum pęnam diminui, non ſecundũ eandem quantitatem, ſed ſecundum eandẽ pportionem, videlicet, ſi hæc oratio tollit medietatẽ pęnę, alia oratio æque ſancta non tollet alterã medietatem, ſed tollet medietatem illius medietatis, & aliam medietatem reſidui, & ſic de aliis. Secundum ergo hunc modum, pęna damnatorum non poterit penitus tolli. Quoniam cũ ſemper aliquid de pęna remaneat, nunquam damnatus poterit ſaluari: Sed hoc eſt abſurdum dicere, quod cæteris paribus oratio æque ſancta non habeat æqualem fructum, & æqualem efficaciam. Quapropter ſi vna oratio remouet medietatem pęnæ, alia oratio æque ſancta alteram medietatem remouebit. Propter quod ille, qui erat damnatus, erit totaliter expiatus, & totaliter à pęna ſolutus. Immo, ſi bene veritatem conſideramus, ille per huiuſmodi primam miſericordiam factam, & per huiuſmodi pęnæ primam amotionem, eſſet magis diſpoſitus ad aliam miſericordiam ſuſcipiẽdam. Sicut ille, qui eſt aliquantulum calefactus, & eſt aliquantulum ab eo amota frigiditas, magis eſt diſpoſitus, ad vlteriorem calorem ſuſcipiendum, vt ſcilicet celerius, & facilius ab eo frigiditas repellatur. Igitur quia oratio ſecunda facta, poſt miſericordiam prius impenſam, inuenit ſubiectum magis diſpoſitum ad miſericordiam ſuſcipiendam, ſi prima oratio remouit pęnæ medietatem, ſecunda oratio, ęque ſancta, alteram medietatẽ multo fortius & penitus remouebit, & ita ille erit ab omni pęna penitus ſolutus. Qđ ſi eſt abſurdum, abſurdæ ſunt opiniones præcedentes. Immo, cum exiſtentes in inferno ſint diuiſi à nobis, & non habeant charitatem, quæ eſt vinculum perfectionis, & per quã fit cõmunicatio bonorum operum, nihil quod fit à nobis pro eis, prodeſt illis. Notandum inſuper, vt magis veritas pateat, quòd ſicut omnes qui ſũt in inferno poſſunt dici valde mali, licet aliqui ſint aliis peiores, & nõ omnes ſint pares, ſic omnes qui ſunt in purgatorio poſſunt dici, & mediocriter boni, & mediocriter mali, licet nõ oẽs

Quõ orationes noſtræ, p his qui ex hac vita deceſſerunt diuerſimode proficiant.

Opinio quorũdam de mediocriter bonis et malis.

Confutatio.

Sec̃a opinio.

Confutatio.

Abſurdum eſt cæteris paribus, orationem æque ſanctam nõ hẽre æqualem efficaciã.

Col. 3.

In malo, culpa & reatus ſunt conſideranda.

pares exiſtant. Ad cuius euidentiam ſciendum, quod in malo ſunt duo conſideranda, videlicet culpa, & reatus, i deſt obligatio ad pęnam. Sancti ergo qui ſunt in paradiſo nullo modo mali ſunt, quia nec habent culpam, nec obligationē ad pęnam. Illi verò qui ſunt in inferno ſunt valde mali, quia illi decedūnt cum culpa, & cū obligatione ad pęnam. Illi autem qui ſunt in purgatorio, ſe habent modo medio, quia non decedunt cum aliqua culpa mortali, decedunt tamen cum aliqua veniali, & cum aliqua obligatione ad pęnam. Sic etiā & de bono poſſumus diſtinguere, dicendo bonum ſpirituale eſſe duplex, videlicet gratia, & gloria: quæ, q̄uo diſſerant, non eſt præſentis ſpeculationis. Sancti ergo qui ſunt in paradiſo, ſunt valde boni, quia habent gratiam & gloriam. Qui autem ſunt in inferno, nullo modo ſpiritualiter ſunt boni, qa nec habent gratiam, nec gloriam. Qui autem ſunt in purgatorio, ſunt mediocriter boni, qa habent gratiam, & non gloriam. Licet ergo hi idem ſint mediocriter boni, & mediocriter mali, hoc eſt aliter, & aliter, quia exiſtentes in purgatorio dicuntur mediocriter mali, ꝑpter obligationem ad pęnam. Quæ autem fiunt ꝑ eis, vt tales ſunt, dicuntur propitiationes, vt talem pęnam euadant, & eorum pęna euacuetur. Dicuntur verò mediocriter boni, prout nondum habent gloriam, & quæ fiunt pro eis, vt tales ſunt, vocantur expiationes, ideſt, purgationes, vt ſcilicet gloria eorum conſumetur. Ad quam gloriā nos perducat dominus noſter IESVS Chriſtus, qui cum patre, & ſpiritu ſancto eſt vnus Deus, benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Q̄uo exiſtentes in purgatorio ſint mediocriter mali & boni.

Explicit expoſitio. D. Aegidii Romani Archiepiſcopi Bituricēſis, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, ſuper cap. Cum Marthæ. De celeb. miſſ.